

John Carter Brown
Library
Brown University

Pomponius

Mela de situ orbis ab Hermo
lao Barbaro et Jo. Camer-
te Castigatus.

Cum indice.



Lipsiae ex ae-
gangi Mo-
dib⁹ Uuolff-
nacensis.

Anno 1512.

Tranquilli Partheniĩ in Pomponium Melam Carmen Asclepiadeum.

Quicquid sub gelido sydere desidet
Telluris solidae: quicquid et aestuans
Caneri perpetuis Zona caloribus.
Atq; vrget medii circulus aetheris:
Et quicquid geminis sunt regionibus
Subiecta/ast placidi sub gremio Jouis/
Descripsit serie Pomponius breui:
Auro Pomponius pulchrior Jndico:
Auri Indici
Mortis Pomponius Mela beatior/
Seu vis Hesperidũ/seu mare quos vagum
Latis Jonium fluctibus abluit.
Nec quicq; occeani partibus vltimi
Orsus praeteriit/quod placet auribus
Exultis: aperit nobilis gentium/
Jucundumq; solum. nempe cubilibus
Jpsius Zephiri/et precipitis noti:
Et qui Parrasio fertur ab angulo:
Atq; Austro tumidis flatibus aspero.
Coniunxit varios nobilibus locis
Mores mortalium/nominibus quoq;
Distinguens propriis: siue ruentibus
Et curuis cupias flumina cursibus:
Seu cum spiciferis stagna paludibus:
Tangentesue suo vertice Sydera
Montes: eripitur nec decor vrbibus.
Extremis etiam finibus insulae:
Seu vis Taprobanã/seu Cycladas breues.

Ingens littoreis nec speties locis:
Nec planis procul est dulcis amoenitas.
Hic et Pieridum conspicies domos:
Sedemq; Oebalii Castoris inclytam:
Atq; vnde emicuit numen Apollinis.
Venatrix latices/Cynthia quos solet/
Arcu dum rigidas persequitur feras/
Aestu/et continuis victa laboribus
Crebro virginibus visere cum suis/
Albentes humeros fluctibus ingerens/
Apparent: vitreis Thessala deniq;
Tempe cum fluuiis: Thracius horrida
Vel stringat glacie ventus/et aspera
Undas: vel Rhodope Sythonia niuae
Accedat nebulis vertice proximus.
Frustra quis subeat longa pericula
Neptuni geminis Syrtibus Aphrici:
Et saeuis Siculi vorticibus Freti.
Et quas expaueas Euboicas minas.
At quae non maneat montibus aui is
Et siluis rabies praecipitis Necis?
Alter Nereidum naufragus vnguibus:
Quidam pestiferis interit anguibus:
Discerpunt alium Cancaseae ferae:
Multi a crudelibus saepe latronibus
Coguntur variis subdere mortibus
Vitam. heu q̄ miseris imminet vndiq;
Fatum mortalibus: vel mare nauiges/
Vel terram ambiguo numine transuoles/
Omnis Pomponius gloria saeculi/
Aruis Pomponius fertilior Gygis/
Securum docuit quemlibet ordine.

Non solum geminis possis vt auribus/
Ast ipsis oculis omnia cernere.
Et plagam Hesperiam/seras et vltimos:
Et quis presideat Memnonius parens
Terras/et nimiis nigra caloribus
Quae gens Aethiopum possideat loca.
Hoc est ingeniis nobilibus decus
Noscendum: Historicis/ sic quoq; vatibus
Tantata accipies absq; laboribus.
Et tandem patriis sedibus immorans
Noscis Persephones multiplices domos/
Quascunq; radiis Delius aspicit.

Pomponij Melae de situ orbis

Proemium Liber Primus.

a Orbis situm dicere aggredior/impedi-
o tum opus/et facundiae minime capax
Constat enim fere ex gentiū: locorūq; no
minibus/et eorum perplexo satis ordine: quē per-
sequi longa est magis/q̄ benigna materia. Veruz
aspici tamen/cognosciq; dignissimū: et quod si nō
b ope ingenii orantis/at ipsa sui cōtemplatione pre-
cium operae attēdentiū absoluat. Dicam aūt alias
plura/et exactiꝰ. Nūc aūt vt quaeq; erūt clarissima
& strictiz/ac prīo q̄dē/quae sit forma totiꝰ: quae maxi
me ptes. quo singulae modo sint/ vtq; habitent ex
pediā. Deinde rursus oras oīm/et littora vt intra
extraq; sunt/atq; vt ea subit/ac circumluit pelagus.
Additis que in natura regionū/incolarūq; memo-
randa sunt Id quo facilius scire possit/ atq; accipi/
paulo altius summa repetetur.

Mundi in quattuor ptes diuisio.

c o Mne igitur hoc quicq̄d est/cui mundi/ce-
liq; nomen indidimꝰ vnum id est/et vno
ambitu se/cunctaq; amplectitur/ partibus differt.
Unde sol oritur oriens nuncupat/aut ortus. Quo
demergit/occidens/vel occasus. Qua decurrit me

Ort
Occāsus

ridies. Ab aduersa huic parte septentrio/ medio
terra sublimis cingitur vndiq; mari/ eadēq; in duo
latera que Haemisperia nominant diuisa/ ab oriēte
ad occasum zonis quinq; distinguit. Mediā aest⁹/
infestat frigus vltimas. Reliquae habitabiles. Pa
ria agunt anni tempora/ verū non pariter. Antich
thones alterā/ nos alterā incolim⁹. Illius situs ob
ardorem intercedentis plage incognit⁹. huius dicē
dus est. Haec ergo ab ortu porrecta ad occasum/ et
quia sic iacet/ aliquanto q̄ vbi latissima est longior.
Ambitus omnis oceano. Quattuorq; ex eo maria
recipit. Vnū ab septentriōe/ a meridie duo/ quartū
ab occasu/ Suis locis illa referent. Hoc p̄mū an
gustū nec amplius decem milib⁹ passuū patens ter
ras aperit/ atq; intrat. Tum longe/ lateq; diffusum
abigit vaste caedētia littora/ iisdemq; ex diuerso p̄
pe coeuntib⁹ adeo in arctum agitur vt minus mille
passib⁹ pateat. Inde se rursus sed modice admodū
laxat/ rursusq; etiā q̄ fuit arctius/ exit in spatium.
Quo cum est acceptū ingens iterum et magnū/ et
paludi ceterū exiguo ore cōiungit. Id oīe qua ve
nit/ quaq; dispergit/ vno vocabulo nostrū mare di
citur. Angustias/ introitūq; venientis/ nos fretum
Greci porthmon appellant. Qua diffunditur alia

aliis locꝫ cognomīa acceptat. Ubi pmū se coarctat Helleſpontus vocatur: Propontis vbi expandit. Ubi iterū preſſit/Thracius Boſpherus vbi iterū
a effundit/pontus Euxinus. Qua paludi cōmittit. Cimmeriꝰ boſphorus. palus ipſa Moeotis. hoc mari/et duobus inclytis amnibꝰ Tanai/et Nilo/ in tres ptes vniuerſum diuidit. Tanais a ſeptentrione ad meridiē vergens in mediam fere Moeotida defluit/et ex diuerſo Nilus in pelagus. Quod terrarū iacet a freto ad ea flumīa ab altero latere Africam vocamꝰ/ab altero Europen/ ad Nilum Africā/ad Tanaim Europen. Ultra quicqd eſt: Aſia eſt

Summa Aſiae deſcriptio.

t Ribus banc e ptibus tangit oceanꝰ ita nominibꝰ vt locis differens. Eous ab oriēte. a meridie Indicus. a ſeptentriōe Scythicus. Ipſa ingenti/ac ppetua fronte verſa ad orientē tm̄ ibi
b ſe in latitudinē effundit/quantū Europe/ et Africa et quod inter ambas pelagus īmiſſum eſt. Inde cū aliquatenꝰ ſolida ꝓceſſit/ex illo oceano/quē Indicum diximus/Arabicū mare/et Perſicū. ex Scytico Caſpium recipit/et ideo qua recipit anguſtior. Rurſus expandit/et fit tam lata q̄ fuerat. Deinde cum iam in ſuū finē/aliarūq; terrarū confinia deue

nit media/nostris equorib⁹ excipiē/ reliqua altero cornu pergit ad Milū/altero ad Tanain. Ora eius cum alueo Mili amnis ripis descendit in pelagus/ et diu sicut illud incedit/ita sua littora porrigit. Deinde fit venienti obuiam/ et primū se ingenti ambitu incuruat/ post se ingenti fronte ad Hellesponti cum fretum extendit/ab eo iterū obliquat ad Bosphorum/iterūq; ad Ponticum latus curua aditum Moeotidos/transuerso margie attingit. Ipsa gremio ad Tanain vsq; cōplexa fit ripa / qua Tanais est. ¶ In ea primos hominū accipimus ab oriente Indos Seres. et Scythas. Seres media ferme Eoae partis incolūt. Indi et Scythae vltima ambo late patentes/ neq; in hoc tantū pelagus effusi. Spectant eñ etiam meridiem Indi/oramq; Indici maris (nisi q̄ estus inhabitabilē efficiūt) diu cōtinuis gentib⁹ occupant. Spectāt et septentrionē Scythae/ ac littus Scythicū: nisi vnde frigoribⁿ arcenī/vsq; ad Caspium sinū possident. Indis prima est Ariane. Deinde Aria/et Med rosis et Persis ad sinū Persicū. Hunc populi Persarū ambiūt Illum alterū Arabes Ab iis/qō in Africam restat Aethiopū est. Illic Caspiani Scythis primi/sinū Caspiū cingūt. Vltra Amazones/vltraq; eas Hy

perborei esse memorant. Interiora terrarū multae: variaeq; gētes habitāt Cādari/et Paricani/et Bactri. Susiani. Pharmacotrophi. Bomarei Coamani. Rophanes. Dahae. Sup Scythas/Scytarūq; deserta/ac sup Caspiū sinū/Comari. Massagetae. Caduſi. Hircani. Hiberi. Sup Amazonas et Hyperboreos. Cimmerii. Scythae. Eniochoe. Beorgi. Moschi. Corsitae. Phoristae. Riphaces. atq; vbi in nostra maria tract⁹ excedit. Mari. Antibarani/et notiora iam noīa/Medi. Armenii. Comageni. Murrani. Gegeti. Cappadoces. Gallograeci. Lycaones. Phryges. Persae. Isauri. Lydi. Syroci
a lices. Rursus ex iis/quae meridiē spectant/eaedēq; gētes interiora lītra vsq; ad sinū Persicū Sup hunc sunt Parthi/et Assyrii. Sup illū alterū/Babylonii. Et sup Aethiopas Aegypti ripis Nili amnis/et mari, prima iidem Aegyptii possident. Deinde Arabia angusta fronte seq̄ntia littora attingit. Ab ea vsq; ad flexū illuz/quē supra rettulim⁹. Syria et in ipso flexu Cilicia/extra aūt Lycia/ et Pāphilia. Caria. Jonia. Aeolis. Troas vsq; ad Hellespontū Ab eo Bithyni sūt ad Thraciū Bosphorū. Circa pōtū aliq̄t ppli alio/alioq; fine oēs vno noīe pōtici dicūt/ad lacū Moeotici/ad Tanain Sauromatae.

Gallograecia

Pomponij Melae de situ orbis Summa Europae descriptio

Europa terminos habet ab oriēte Tanain b
et Maeotida et Pontum/ a meridie reliqua nostri maris/ab occidēte Atlanticū/a septētrione Britannicū oceanū. Ora ei⁹ forma littorū/ a Tanai ad Hellespontū/qua ripa est dicti amnis/ qua flexum paludis ad Ponticū redigit: qua Propontidi/et Hellesponto latere adiacet/cōtrariis littoribus Asiae non oppositā mō/verūetiam similis est. Inde ad fretū nunc vaste retracta/ nunc pminens tres maxīos sinus efficit/totidēcp in altum se magnis frontib⁹ euehit. Extra fretum ad occidentē inaequalis admodū praecipue media/ quae pcurrit ad septentrionē: nisi vbi semel/iterūcp grandi recessu c
abducit/pene vt directo limite extēta est. Mare qō
prīo sinu accipit/Aegaeū dicit Mō seqnti in ore Jonium. Adriaticum interius. Quod vltimo/nos Tuscum/Graii Tyrrhenū perhibent. Gentium prima est Scythia alia qp dicta est: a Tanai media ferme Pontici lateris. Hinc in Aegaei partem continēs Thraciae/ac Macedoniae adiungit. Tum Graecia pmīet/Aegaeūcp ab Jonio mari dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. Inter ipsum Adriaticū

et tuscum/ Italia ꝓcurrit: In Tusco intimo Gallia est: vltra Hispania est. Haec in occidentē deniq; etiam ad septentrionē diuersis frontib⁹ vergit. Deinde rursus Gallia est longe/ et a nostris littoribus
a bucusq; ꝓmissa. Ab ea Germani ad Sarmatas porrigunt. Illi ad Asiam. Haec de Europa.

Summa Aphricae descriptio.

a Frica ab orientis parte Nilo terminatur/ pelago a caeteris/ breuior est quidē q̄ Europa/ q: nec vsquā Asiae et non totius huius littoribus obtendit. Longior tū ipsa q̄ latior/ et qua ad fluuiū attingit latissima/ Utq; inde ꝓcedit/ ita media praecipue in iuga exurgens pergit in curua ad occasuz/ fastigiatq; se molliter/ et ideo ex spacio paulatim adductior. Ubi finit/ ibi maxīe angusta est/ Quantū incolit eximie fertilis. Uerum q̄ plaeraq; eius inculta/ et aut harenis sterilibus obducta/ aut ob sitim coeli/ terrarūq;/ deserta/ sunt/ aut infestan
b tur multo/ ac malefico genere anialiū/ vasta est magis q̄ frequēs. Mare quo cingit a septentrione Libycuz/ a meridie Aethiopicū/ ab occidēte Atlanticum dicimus. Ab ea parte/ quae Lybico adiacet/ prima Nilo ꝓuincia/ quā Cyrenas vocant. Deinde cui tocius regionis vocabulo cognomē inditū

Italia
Hispania

est/Africa Caetera Numidae/ et Mauri tenēt. Sz Mauri in Atlāticū pelag⁹ expositi Ultra Nigritae sunt/et Pharusii/ vsq; ad Aethiopas. Hi et reliqua huius/et totū latus/qđ meridiē spectat/vsq; in Asiae cōfinia possidēt. At sup ea/quae Lybico mari abluunt Lybies Aegyptii sunt/et Leuco aethiopes et natio frequēs/multiplexq; Getuli. Deinde c
late vacat regio ꝑpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamātas/ post Augilas/ et Troglodytas/et vltimos ad occasuz Atlantas audimus. Intra (si credere libet) vix iam hoīes/magisq; semiferi Aegypanes et Blemmyae/et Gamphasantes/ et Satyri sine tectis passim ac sedibus vagi habēt potius terras: q̄ habitēt. Haec sum̄a nostri orbis/hae maxīae ꝑtes/ hae formae gentesq; partiū. Nunc exacti⁹ oras/ situsq; dicturo inde est cōmodissimū incipe/vnde terras nostrū pelag⁹ ingredit. Et ab iis potissimū/ quae influenti dextra sunt. Deinde stringere littora ordine/ quo iacent/ ꝑagratisq; oīb⁹ quae mare attingūt/legere etiā illa quae cingit ocean⁹/donec cursus incepti operis intra extraq; circūuect⁹ orbē illuc vnde coepit redeat. d

Particularis Africae descriptio

¶ Mauritania.

Dictum est Atlanticū esse oceanū: qui terras ab occidēte cōtingeret/ binc in nostrū mare pgentibus laeua Hispania. Mauritania dextra est. Primae ptes ille Europae/hae Africae. Eius oris finis Mulucha/caput/atq; exordiū est pmōtoriū/qđ Graeci Ampelusian/Afri aliter sed idez significante vocabulo appellant. In eo est specus Herculi sacer/et/ vltra specū Tinge oppidū puetus ab Antaeo (vt ferunt) conditū. Extat rei signum
a parma Elephantino tergore exacto ingens/ et ob magnitudinē nulli nunc vsuro habilis/ quā locorū accolae ab illo gestatā pro vero habent/ tradūtq;/ et inde eximie colunt. Deinde est mons praealtus/ ei quē ex aduerso Hispania attollit obiectus/ Hūc Abylam/ illum Calpen vocant/colūnas herculis vtrūq;. Addit fama/noīs fabulā Herculē ipm iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles atq; ita exclusum antea mole montiū oceanū/ad quae nūc in/undat/admissuz. Hinc iam mare latius fundit/ sūmotaſq; vasti⁹ terras magno impetu inflectit. Caeterū regio ignobilis/et vix quicq; illustre sortita/pāuis oppidis habitat/ parua flumina emittit/solo q; viris melior/et segnitie gentis obscura. Ex iis tñ q; cōmemorare non piget Montes sunt alti/ qui cōti
b

Colūnae hercu.

nenter et quasi de industria in ordinem expositi/ ob numerũ septẽ/ob similitudinẽ fratres vocant. Tam uada fluuius/et Rusigada/et Siga paruae vrbes et portus/cui Magno est cognomẽ ob spaciũ Mulucha ille/quem diximus/ amnis est ingentiũ olim regnorum terminus Bocchi/Jugurthaeq;.

Numidia.

a BEo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagae/ spacio quidẽ q̃ Mauritania angustior est. Ueruz et culta magis/ et ditior. Urbiũ/quas habet maxĩe sunt Cyrtha ꝓcul a mari/ nunc Sittianorũ colonia/ quondam regum domus Jubae/et Siphacis/ cum foret opulentissima Jol ad mare aliquãdo ignobilis: Nũc quia Jubae regia fuit/et q̃ Caesarea vocitatur/ illustris. Citra banc (nam in medio ferme littore sita est) Carcenna/et Arsenaria sunt oppida/et Ampsa castellum/ et Latur⁹ sinus ⁊ Sardabale fluuius. Ultra/monumentũ cõmune regiae gentis. Deinde Icosium/et Utbisia vrbes/effluentes inter eas Ancus/ et Nabar/aliaq; quae taceri nullũ rerũ fama eve dispẽdiũ est. Interi⁹/et longe satis a littore (si fidẽ res capit) mirũ admodũ spinae pisciũ. Muricũ/ Ostreorũq; fragmenta/ saxa attrita (vti solent) fluctib⁹ et nõ

differētia/marinis/infixae cautib⁹ anchorae. Alia z hmōi signa/atq; vestigia effusi olim vsq; ad ea loca
a pelagi in cāpis nihil alētib⁹ esse/inueniriq; narrant.

Africa.

r Egio quae sequit a promontorio Metagonio ad aras Philenorū pprie nomē Africae vsurpat. In ea sunt oppida Hippo regius/ et Rusicade/et Tabraca. Deinde tria promōtoria. Candidū. Appollinis. Mercurii/ vaste piecta in altum duos grādes sinus efficiūt Hipponensem vocant primū ab Hippone Diarrhyto/ qō littori ei⁹ apositū est. In altero sunt castra Laelia/ castra Cornelia/flumē Bragada. Utica/et Carthago/ambae inclytae: ambae a Phoenicib⁹ conditae. Illa fato Catonis insignis/haec suo/nunc populi Romani
b colonia/olim imperii eius ptinax aemula. Iā quidē iterū opulēta/etiā nūc tā porū excidio rerū/q; ope praesentiū clarior. Hadrumentū. Leptis. Clupea. Habrotonū. Taphrae. Neapolis hīc ad syrtim ad iacent vt inter ignobilia celeberrimae. Syrti sin⁹/ē centū fere milia passuū q; mare accipit patēs/ trecenta q; cingit. Aerū importuos⁹/atq; atrox/et ob vadorū freq̄ntiū breuia/magisq; etiā ob altnos mot⁹

Appollinis promotorium

Vtica

Carthago

pelagi affluentis/et refluentis infestus. Sup hunc ingens palus amnem Tritonia recipit/ ipsa Tritonis. Unde et Mineruae cognomē inditū est/ vt incolae arbitrant̄ ibi genitae/ faciuntq; ei fabulae aliquā fidem/ q̄ quē natalē eius putant/ ludicris virginū inter se decertantiū celebrant. Ultra est Oea oppidū/ et Cinyps fluuius p vberrima arua decidens. Tum Leptis altera/ et Syrtis noīe atq; ingenio par priori. Caeterū altero fere spacio qua dehiscit/ quaq; fluxum agit/ amplior. Eius ꝓmontorium est Borion/ ab eoq; incipiens ora quā Lotophagi tenuisse dicunt̄ vsq; ad Phycunta/ et id promontoriū est importuoso littore ꝑtinax. Arae ipsae nomē ex Philenis fratrib⁹ traxere/ qui cōtra Cyrenaicos missi Carthagine ad dirimendū conditione bellū diu iam de finib⁹/ et cum magnis amborū cladibus gestum. Postq̄ in eo qd̄ cōuenerat non manebat̄ vt vbi legati cōcurrerāt certo tpe vtrinq; dimissi ibi termini statuerent̄/ pacti de integro vt q̄cquid citra esset/ popularib⁹ cederet mirū/ et memoria dignissimū facinus hic se viuos obrui ꝑtulerūt.

Lotophagi

Cyrenaica.

i Unde ad Catabatmon Cyrenaica ꝓuincia

est/in eaq; sunt Hāmonis oraculū fidei inclytae/et fons/quem solis appellant/ et rupes quaedā Austro sacra. Haec cum boīm manu attingit/ ille īmodicus exurgit/ harenasq; quasi maria agens sic saeuit/vt aequor fluctibus/. Fons media nocte feruet mox et paulatim tēpescens fit luce frigidus/tunc vt sol surgit ita frigidior/ subīde p meridiē maxīe riget sumit deinde tepores iterū et prīa nocte calidꝰ/atq; vt illa pcedit: ita calidior: rursus cū est media pferuet. In littore pmōtoria sūt Zephyrion/et Mansta-thmos/portus Paretoniꝰ. Urbes. Hesperia. Appollonia. Ptolemais. Arsinoe/atq; vnde terris nomen est/ipsa Cyrene. ¶ Catabatmos vallis deuexa in Aegyptū finit Africā. Orae sic habitanť ad nostrum maxīe ritum moratis cultoribꝰ/ nisi q; quidā linguis differunt/et cultu deorum quos patrios seruant/ac patrio more venerāť. Proximis nullae quidem vrbes stāt/tamē domicilia sunt/quae Napalla appellanť. victus asper/et mūdiciis carens/ Primores sagis velantur/ vulgus bestiarū/pecudūq; pellibus/humi quies epulaeq; capiunť. Vasa ligno fiunt/ aut cortice/potus est lac/ succusq; baccarum/cibus est caro plurimū ferina. Nam gregibꝰ (quia id solum optimū est) quoad potest/ parciť.

Hammonis oraculum

fons Solis

Finimm qd de fonte

Catabatmos

Vestimenti genꝰ cyrenaicorum

Interiores etiam incultius. Sequuntur vagi pecora/vtq; a pabulo ducta sunt/ita se ac tuguria sua p mouent/atq; vbi dies deficit/ibi noctē agunt/quā q; in familias passim/et sine lege dispersi/nihil in cō mune consultant/tamen quia singulis aliquot simul coniuges/et plures ob id liberi/agnatiq; sunt nus quam pauci. Ex his qui vltra deserta esse memorantur Atlantes solem execrantur/et dum oritur/et dū occidit vt ipsis/agrisq; pestiferum. Nomina singuli non habent non vescuntur animalib⁹/Neq; illis in quiete qualia caeteris mortalibus visere datur. Troglodytae nullarum opum domini/strident magis quā loquunt̄/specus subeunt/aluntur q; serpētibus. Apud Garamantes etiam armenta sunt ea quae obliqua cervice pascuntur. Nam pronis directa in buqū cornua officiunt. Nulli certa vxor est Ex his qui tam confuso parentum coitu passim incertiq; nascuntur/quos pro suis colant: formae similitudine agnoscunt. Augilae manes tantum deos putant/per eos deierant/eos vt oracula consulunt precatiq; quae volunt/vbi tumulis incubuere/ a pro responsis ferunt somnia. Foeminis eorū solenne est nocte/qua nubunt/omniū stupro patere/qui cum munere aduenerint: et tum cum plurimis con

cubuisse maximū decus/in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt Lampbasantes/ armorūq; omnium ignari/nec vitare sciunt tela/nec iacere/ideoq; obuios fugiunt/ neq; alioꝝ q̄ quibus idem ingenii est/aut congressus/ aut colloquia patiuntur. Blemmyis capita absunt/vultꝰ in pectore est. Satyris p̄ter effigiem/nihil humani. Aegypanum quae celebratur ea forma est. Haec de Africa.

Satyri
Blemmyi

Particularis Asiae descriptio.

Aegyptus.

a Siae p̄ma pars Aegyptus inter Catabatmon/et Arabas/ ab boc littore penitꝰ immissa donec Aethiopiam dorso contingat/ ad meridiem refugit. Terra expers imbrium/ mire tamen fertilis/et hominum/alioꝝq; animaliū perfecunda generatrix. Nilus efficit amniū in nostrum mare permeantium maximus: Hic ex desertis Africae missus/ nec statim nauigari facilis / nec statim Nilus est et cum diu simplex / saeuusq; descendit: circa Meroen late patentem insulam: in aethiopiam diffundit/alteraq; ex parte Astboras/ altera Astapus dictus est, vbi rursus coit: ibi nomē boc capit/

Inde partim asper/ptim/nauigia patiens in ima- b
ne lacū deuenit/ex quo praecipiti impetu egressus t
Tachenso alterā insulam amplex⁹ vsq; ad Elepban
tidem vrbē Aegyptiā atrox adhuc/feruensq; decur-
rit. Tum demū placidior/et iam pene nauigabilis/
primū iuxta Certasorū oppidū triplex esse incipit.
Deinde iteruq; diuisus ad Delta et ad Metilin it
p omnē Aegyptū vagus atq; dispersus/septēq; in
ora se scindens/singulis tū grandis/euoluit. Nō
perrat aūt tantū eam/sed aestiuo sydere exundās eti
am irrigat/adeo efficacib⁹ aqs ad generandū/alen-
dūq;/ vt praeter id q scatet piscibus/q Hyppopo c
tamos/Crocodilosq; vastas belluas gignit. Ple-
bis etiā infundat anīas/ex ipsaq; humo vitalia effin
gat/hoc eo manifestū est q vbi sedauit diluuia/ ac
se sibi reddidit/per humētes campos quaedā non
dum pfecta anīalia/sed tū primū accipientia spiritū/
et ex parte iam formata/ex parte adhuc terrea visun
tur. Crescit porro/siue q solutae magnis aestibus
niues et immanib⁹ Aethiopiae iugis largius q̄ ri-
pis accipi queant/defluunt. Syue q sol hyeme ter-
ris propior/et ob id fontem eius minuens tunc al-
tius abit: finitq; integrū: et vt est plenissim⁹/surge
re. Siue q p eas tpa flantes Aethesiae aut actas a

septentrione in meridiem nubes sup principia eius
a imbre praecipitant: aut venienti obuiae aduerso spi
ritu cursum descendentis impediunt/ aut harenis/
quas cum fluctib⁹ littori applicant/ ostia obducūt/
fitq; maior/ vel q nihil ex semet amittit/ vel q plus
q̄ solet accipit/ vel q min⁹ q̄ debet emittit. Quod
si est alter orbis sūtq; oppositi nobis a meridie An
tichthones/ ne illud quidē a vero nimiū abscesserit/
in illis terris ortum amnem/ vbi subter maria cae-
co alueo penetrauerit/ in nostris rursus emergere/
et hac re solsticio accrescere/ q tum hyems sit: vn-
de oritur. Alia quoq; in his terris mira sūt. In quo-
dā lacu Chemnis insula lucos/ syluasq;/ et Appol-
linis grande sustinens templū natat/ et quocūq; vē
ti agunt pellitur. ¶ Pyramides tricenū pedū lapi-
b dibus extructae/ quarū maxima (tres nanq; sunt)
quattuor fere soli iugera/ quae sede occupat: toti-
dem in altitudinē erigitur. Moeris aliq̄ campus
nunc lacus viginti millia passuū in circuitu patens/
altior q̄ ad nauigandū magnis/ onustisq; nauibus
satis est. Psammetichi opus Labyrinth⁹ domos
mille/ et regias duodecim ppetuo parietis ambi-
tu amplexus marmore extructus/ ac tectus vnū in
se descensum habet/ intus pene innumerabiles vias

multis ambagibus huc/et illuc remeantib⁹/sed cõ
tinuo anfractu/et saepe revocatis porticib⁹ ancipi-
tes : quib⁹ subinde aliũ sup alios orbem agentib⁹/
et subinde tm̃ redeunte flexu/quantũ pcesserat/mag
no/et inexplicabili tm̃ errore pplexus est. ¶ Cultores regionũ multo aliter a caeteris agunt/mortuos c
simo obliti plangũt/nec cremare/aut fodere fas putant : verũ arte medicatos intra penetralia collocãt
Suis litteris puerse vtunt̃/Lutum inter manus farinã calcibus subigunt. Eorũ/ac negotia/ foeminae
viri/pensa/ac domos curant/onera illae bũeris : bi
capitib⁹ accipiũt. Parẽtes cũ egẽt illis necesse est:
bis liberũ est alere. Libos palã/et extra sua tecta capiunt/obscoena intimis aedium reddũt. Colunt effigies multorũ anĩaliũ/atq; ip sa magis anĩalia/ sed
alii alia/adeo vt quaedã eorũ etiã per imprudentiaz d
interemisse capitale sit Et vbi morbo/aut forte extincta sint sepelire/ac lugere solẽne sit. Apis populorũ
oĩm numẽ est/Bos niger/certis maculis insignis/
et cauda/ linguaq; dissimilis aliorũ/raro nascit̃ nec
coitu pecoris (vt aiunt) sed diuinit⁹/et coelesti igne
concept⁹/ diesq; quo gignitur gẽti maxime festus
est. Ipsi vetustissimi (vt predicãt) hoĩm. trecẽtos et
triginta reges ante Amasim/et supra tredecim mil-

lium annorū aetates certis annalibus referunt man datumq; litteris seruant/ duz Aegiptii sunt quater cursus suos vertisse sydera/ ac solem bis iam occidisse/ vnde nunc oritur. Viginti millia vrbiū Amasi regnante habitarūt/ et nunc multas habitant. Earum clarissimae procul a mari. Says. Memphis. Syene. Bubastis. Elephātin/ et Thebae vtiq; (vt
e Homero dictū est) centū portas/ siue (vt alii aiūt) centū aulas habent/ totidē olim principū domos/ solitasq; singlas vbi negotiū exegerat/ dena armatorū millia effundere. In littore Alexandria Africae contermia. Pelusiū Arabiae ipsas oras secat. Canopicū. Bolbiticū. Sebeniticū. Pathmiticum Mendesium. Tanicum. Pelusiacum Nili hostia.

Arabia.

a Rabia hinc ad Rubrū mare ptinet/ sed illic magis loeta/ et ditior. Thure/ atq; odoribus abundat/ hic nisi qua Casio monte attollitur/ plana et sterilis/ portū admittit Azotī suarum mercium emporiū. Qua in altum abit/ adeo edita vt ex sumo vertice a q̄rta vigilia/ ortū solis ostēdat

Syria.

s Iria late littora tenet: terrasq; etiam latius

introrsus aliis aliisq; nuncupata nominibus. Nam et Coele dicit/ et Mesopotamia/ et Damascene/ et Adiabene/ et Babilonia/ et Judaea/ et Sophene.

Palestina

Hinc Palestina est/ qua tangit Arabas cū Phoenice/ et vbi se Liliciae cōmittit/ Antbiochia/ olim/ ac diu potens. Sed cū eam regno Semiramis tenuit lōge potentissima. Operib⁹ certe ei⁹ insignia multa sunt/ duo maxīe excellūt/ cōstitura vrbs mirae magnitudinis Babylon/ ac siccis olim regionib⁹ Euphrates/ et Tygris immissi. Caeterū in Palestina est ingens/ et munita admodū Gaza: sic Persae aerariū vocāt/ et inde nomē est/ q; cū Cambyses armis Aegyptum peteret/ buc belli/ et opes/ et pecuniā intulerat. Est non muo: Ascalon. Est Jope ante diluuiū (vt ferūt) cōdita: vbi Cephea regnasse eo signo accolae affirmant: q; titulū eius/ fratris q; phinei/ veteres quaedā arae cum religione plurima retinent/ quin etiam rei celebratae carminibus ac fabulis/ seruataeq; a Perseo Andromadae clarum vestigiū belluae marinae ossa īmania ostentant

Semiramis rex

Gaza, Persum

Ascalon

Phoenicia.

Phoenicen illustrauere Phoenices/ solers hominū genus/ et ad belli/ pacisq; munia eximiū. Litteras/ et litterarū operas/ aliasq; etiam

artes maria nauibus adire/classe confligere/imperi
tare gentibus/regnū/praeliūq; cōmenti. In ea est
Tyros aliquando insula nunc annexa terris, q; ab
impugnāte quondā Alexandro iacta opera vici te-
nent vlteriora. Et adhuc opulenta Sidon anteq;
a Persis caperet maritimarū vrbiū maxima. Ab ea
ad promontoriū Euprosopon duo sunt oppida By
blos et Botrys. Vltra tria fuerūt singulis inter se
stadiis distātia/locus ex numero Tripolis dicitur.
Tum Simyra castellū/et vrbs nō obscura Mara-
thos. Inde iam nō obliqua pelago/sed aduersa ad-
iacens a terra grandē sinus inflexu tractu littoris ac
cipit. Populi dites circūsident/situs efficit/quia re-
gio fertilis crebris/et nauigabilis alueis fluminū p
nia/diuersas opes maris/atq; terrarū facili cōmer-
tio pmutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars
Syriae cui Anthiochiae cognomē addit/et in ora
eius vrbes Seleutia/Paltos. Beritos. Laodicea
Arados. Amnesq; inter eas eunt Lichos et Hyp
patos/et Orontes. Tum mons Amanus/a ab eo
statim. Myriandros et Cilices.

Tyros

Sidon

Tripolis

Laodicea

Cilicia.

In recessu intimo locus est magni aliqñ
discriminis fusorum ab Alexandro Persa

Pomponij Melae de situ orbis

rum/fugientisq; Darii spectator ac testis/Nunc ne b
minima quidē tunc ingenti vrbe celebris Issos fuit/
et hac re sinus Issicus dict̄. Procul inde Amanoi
des promontoriū inter Pyrāmū/Lydnūq; fluuios
iacet. Pyramo Isso prior Mallon praeterfluit. Lyd
nus vltra per Tarsum exit. Deinde vrbs est olim a
Rhodiis Argiuisq; post Piratis Pompeio assig
nante possessa/nunc Pōpeiopolis/tunc Soloe.
Juxta in paruo tumulo Arati poetae monumentū
ideo referendū/q; ignotuz/quā ob causam iacta in
id saxa dissiliunt. Non longe hinc Coricos oppidū
portu: saloq; incingitur angusto tergore cōtinen
ti adnexū. Supra specus est noīe Coryeius singula
ri ingenio/ac supra q̄ vt describi facile possit exim
Grandi nāq; biatu patens montē littori appositū/ c
et decē stadiorū cliuo satis arduū ex summo statim ver
tice aperit. Tunc alte demissus/et quantū demitti
tur amplior: viret lucis pubētib⁹ vndiq;/et totū se
nemoroso laterum orbe complectit̄ adeo mirificus/
ac pulcher/vt mētes accedentiū primo aspectu con
sternat/vbi cōtemplati durauere non saciat. Vnus
in euz descensus est angustus/asper quingentorū t
mille passuz per amoenas vmbras et opaca syluae
quiddam agreste resonantis/riuis hinc/atq; illinc

fluitantibus. Vbi ad ima peruentū est/ rursus spe-
cus alter reperit ob alia dicendus. Terret ingredi-
entes sonitu Cymbalorū diuinit⁹/ et magno frago-
d re crepitantiū. Deinde aliquādiu perspicuus/ mox
et quo magis subitur obscurior/ ducit ausos penit⁹
alteq; quasi cuniculo admittit. Jbi ingēs amnis in-
genti fronte se extollens tantūmodo se ostendit/ et
vbi magnū impetū breui alueo traxit/ iterū demer-
sus abscondit. Jntra spaciū est magis q̄ vt progre
di quisq; ausit horribile/ et adeo incognitū. Totus
aūt angustus/ et vere sacer/ habitariq; a diis ⁊ dig
nus/ et creditus. Nihil non venerabile et quasi cū
aliquo numine se ostentat. Alius vltra est/ quē Ty-
phoneū vocant ore angusto/ et multum (vt exper-
ti tradidere) pressus et ob id assidua nocte suffusus
neq; vnq; perspici facilis/ sed quia aliquando cubi-
e le Typhonis fuit/ et quia nunc demissa in se confe-
stim exanimat natura/ fabulaq; memorandus. Duo
deinde promontoria sunt/ Sarpedon/ finis aliquan
do regni Sarpedonis/ et quod Liliciā a Pamphi
lia distinguit Anemuriū/ interq; ea Celenderis/ et
Matidos Samiorū coloniae/ sed Celenderis Sar
pedoni propior.

Arrige aures Pamphile

Typhonius

Typhonis cubile

Sarpedon

Pomponij Melae de situ orbis

Pamphilia.

In Pamphilia est Melas nauigabilis fluuius Oppidū Syda/et alter fluuij Eurimedon, Magna apud eum Cymonis Atheniensiū ducis aduersus Phoenicas/et Persas naualis pugna/atq victoria fuit. Mare/ quo pugnatum est ex edito admodū colle prspectat Asperidos/quā Argiui cōdiderāt: possedere finitimi. Deinde alii duo validissimi fluuii. Oestros et Cataractes. Oestros nauigari facilis/hic quia se pcipitat ita dictus. Inter eos Perga est oppidū/ et Dianae/quā ab oppido Pergeā vocant, tēplū. Trans eosdē mons Sardemisos/et Phaselis a Mopso pdita/finis Pāphilie

Lycia.

Lycia cōtinuo cognoīata a Lyco rege Pādionis filio/atq (vt ferunt) infestata olim Chymaerae ignibus. Sydae portu et Tauri promontorio grandē sinū claudit. Taurus ipse ab Eois littoribꝰ exurgens vaste satis attollit. Deinde dextro latere ad septentrionē siniſtro ad meridiem versus it in occidentē rectus/et ppetuo iugo magnarū q gentiū/qua dorsum agit terminꝰ. Vbi terras dirimit/exit in pelagus. Idem aūt et totus, vt dictus

est/ dicitur etiā qua spectat orientē. Deinde Maemodes/et Caucasus/ et Propamisus. Tum Caspiae pilae Niphates/et Armeniae pilae/et vbi iam nostra maria cōtingit/Taurus iterū. Post eius promontoriū flumen est Lymira/ et eodez noīe ciuitas/ atqz vt multa oppida sic praeter Pataram non illustria. Illam nobilē facit delubrū Apollinis quondā opibus/ et oraculi fide Delphico simile. Vltra Xanthus flumen/et Xanthos oppidū/ mons Cragus. et quae Lyciam finit vrbs/Telmesos.

Caucasus

Lymira

Delubrum Apollinis

Xanthus

Caria.

Caria sequitur. Habitat incertae originis alii indigenas/ sunt qui Pelasgos/quidaz Cretas existimant/genus vsqz eo quondā armorū/ pugnaecz amans: vt aliena etiam bella mercede agerent. Hic castella aliquot sunt. Deinde pmontoria duo Pedalion/et Crya/et secundū Galbin amnē Gaunus oppidū valitudine habitantiū infame/ inde ad Halicarnasson haec adiacēt Rhodiorū aliqt coloniae/portꝰ duo Belos/et cui ex vrbe/ quā āplectit Thessamissa cognomē est. Inter eos oppidū Latūna/et Pādion collis ī mare emissꝰ. Tū tres ex ordie sinꝰ/Thymnias. Schenꝰ Buselꝰ. Thymnie pmōtoriū Aphrodisiū ē Schenꝰ ābit Hilā Buselꝰ

Gaun

Cynotū. Enidus in cornu peninsulae. Interq; eaz/ et Ceramicū sinū in recessu posita Euthane. Alicarnassos argiuorū/colonia est/et cur memorāda sit p̄ter ꝯditores/Mausolaeū efficit regis Mausoli monumentū vnū de miraculis septē Artemisiae opus Trans Alicarnasson illa sunt littus Leuca / vrbes Mindus Aryanda Neapolis/sinus Jasus/ꝛ Basilicus. In Jaso est Barylos.

Jonia.

Post Basilicū Jonia aliquot se ambagibꝰ sinuat/et p̄mū a Possideo ꝓmontorio inflexum inchoans cingit oraculū Apollinis dictum olim Branchidae nūc Dydimi. Miletū vrbē quōdam Joniae totius belli pacisq; artibus principē/ patriā Thaletis Astrologi/et Timothaei musici/et Anaximādri physici/aliorūq; ciuiū inclytis ingeniis merito inclytā vtcūq; Joniā vocant/vrbē Hyppin/amnis Maeandri exitū. Latmū. montē Endymionis a Luna (vt ferunt) adamati fabula nobilē. Deinde rursus inflexa cingit vrbez Prienen/et Gesi fluminis ostiū moxq; vt maiore circuitu ita plura cōplectit̄. Ibi est Panioniū sacra regio/et ob id eo noīe appellata/q̄ eam cōiter Jones colunt ibi a fugitiuis (vt aiunt) condita: nomen famae annuit:

Phygela. Ibi Ephesus/ et Dianae clarissimū tem
plū/qō Amazones Asia potitae/cōsecrasse tradū-
tur. Ibi Caystros amnis. Ibi Lebedos/Clariq;/
Apollinis fanum/qō Manto Tiresiae filia fugiens
victores Thebanorū. Epygonos/et Colophō quā
Mopsus eiusdē Mantos filius statuit/ad pmon-
toriū quo sinus claudit̄/qō altera parte alium/quē
a Smyrnacū vocant/efficit/angustiscq; cervicib⁹ reli
qua extendit/in lati⁹ abit in peninsulae faciē/sup an
gūstias/ binc Leos/illinc Clazomena/ et q; terga
agunt cōfinio adnexa mari diuersis frontib⁹ diuer-
sa maria pspectant. In ipsa peninsula est/Lorym.
In sinu Smyrnaeo est Thermodon amnis/ et
vrbs Leuca: extra Phocis Joniae vltima.

Aeolis.

p Roxia regio ex quo ab Aeoliis incoli coe
pit Aeolis facta/ante Mysia/et qua Hel-
lespontū attingit/Troianis possidentib⁹ Troas fu-
it. Primā vrbem a Myrino cōditore Myrina vo-
cant. Sequentē/ Pelops statuit victo Oenomao
reuersus ex Graetia/Lymen noīauit/pulsis/q̄ ha-
b bitarant dux Amazonū Lyme. Supra Laycus/ in-
ter Eleam decurrit/et Pytanem illā/quae Arche-
silan tulit nihil affirmātis Achademiae clarissimum

antistitem. Tum in promontorio est Canna oppidū quod praetenectos sinus excipit non paruus. sed longe/ac molliter flexus/retrahensq; paulatim oras vsq; ad iuga montis Idae. Isthmos paruis vrbibus aspersus est quarum clarissima est Listena Gremio interiore campus Thebe nomine Adrymetion / Austram/ Eressam oppida/eodem quo dicta sunt ordine adiacentia continet. In altero latere Antandrum / duplex causa nominis iactatur. Alii Ascanium Aeneae filium cum ibi regnaret / captum a Pelasgis ea se redemisse commemorant. Alii ab iis putant conditā / quos ex Andro insulavis / et seditio exegerat. Hi Antandrum quasi pro Andro / illi quasi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit Gargara / et Asson/ Aetolorum colonias. Tum sinus alter Achaeon limen non longe ab Ilio in littora incurvat vrbe bello / excidioq; clarissima. Hic Sigaeum fuit oppidum. Hic Achiuorum fuit bellantium statio. Huc ab Idaeo monte demissus Scamander exit/et Simois fama/ quā natura maiora flumina. Ipse mons vetere diuarum certamine/et iuditio Paridis memoratus / orientem solem aliter / quam in aliis terris solet aspici/ostentat. Nanq; ex summo vertice eius

speculantibus pene a media nocte sparsi ignes pas-
a sim micare/et vt lux appropinquat/ita coire/ac se cō
iūgere videnť/donec magis magisq; collecti pauci
ores subinde/et vna ad postremū flamma ardeant.
Ea cum diu clara et incendio similis effulsit/cogit
se/ac rotundat/et fit ingens globus. Diu is quoq;
grandis/et terris adnexus apparet/deinde paula-
tim decrescens/et quanto decrescit eo clarior fugat
nouissime noctē/et cum die iam sol factus/attollit.
Extra sinū sūt Rhetaea littora a Rhetaeo/et Dar
dania claris vrbibus. Aiacis tamē sepulchro maxīe
illustria. Ab his fit arctius mare/neciam abluit ter
ras/sed rursus diuidens angusto Hellesponti fre-
to littus obuium findit/facit vt iterū terrae/qua flu
it latera sint.

Bithinia.

b i Aterius Bithyni sunt/et Mariandynei.
In ora Graiae vrbes. Abydos/z Lamp-
sacuz/et Parion/et Priapos. Abydos magni quō
daz amoris cōmertio insignis est. Lampsacū Pho
caeis appellantib⁹ nomē ex eo traxit/q; cōsulenti-
bus/in quasnā terras potissimū tenderent/respon-
sum erat/vbi primū fulsisset/ibi sedē capessere. Cū
rursus fit aperti⁹ mare Propontis. In id Grani-

Pomponij Melae de situ orbis

cus effundit/pugna/quae primū inter Persas/ et Alexandru fuit/nobilis. Trans amnē sedet in cerui ce pene insulae Cyzicū nomē Cyzicus indidit/quem a Minyis imprudentib⁹/cū Colchos peterēt/fusuz acie: caesumqꝫ accepim⁹. Post Placia/et Scylace paruae Pelasgoꝝ coloniae. Quib⁹ a tergo iminet mons Olymp⁹/vt incolae vocāt: Mysius flumen Rhyndacū in quae sequunt emittit. Circa/angues nascunt imanes/neqꝫ ob magnitudinem modo/sed ob id etiā mirabiles/q vbi in alueū ei⁹ aest⁹/solēqꝫ fugerūt: emergūt atz biant/supuolātesqꝫ aues: quā uis alte/et pniciter ferant: absorbēt. Trans Rhyn dacū est Dascylos/et quā Colophonii collocauere Myrlea. Duo sunt inde modici sinus/alter sine no mie Lion amplectit/ Phrygiae baud longe iacētis opportunissimū emporiū/Alter Olbianos/in pro montorio fert Neptūni fanū. In gremio Astacon a Megarensib⁹ conditā. Deinde priores terrae ite- rum iacent/ exiturqꝫ in Pontū pelagi canalis an- gustior. Europā ab Asia stadiis quinqꝫ distermiat Thracius (vt dictū est) Bosphorus. Ipsis in fau cibus oppidū/in ore tēplū est/oppidi nomē Chal- cedon/auctor Archias Megarensiū princeps. Tē pli numē Iuppiter, cōditore Iasone. ¶ Hic iam se

se ingens Pontus aperit (nisi qua ꝓmontoria sũt) huc/atq; illuc longo/rectoq; limite extentus/sinuatus caetera. Sed quia contra minus q̃ ad laeuam et dexteraz abscessit/mollibusq; fastigiis donec angustos vtrinq; angulos faciat: inflectit̃/ad formã Scithici arcus maxĩe incuruus/breuis/atrox/nebulosus/raris stationib⁹/non molli/ neq; arenoso circũdatus littore/vicinus aquilonib⁹/et q: non ꝓfundus est: fluctuosus/atq; feruẽs. Olim ex colentiuz saeuo admodũ ingenio Axenus/post cõmertio aliarum gentiũ mollitis aliquantũ morib⁹ dictus Euxinus. In eo primũ Mariandynei vrbẽ habitant ab Argiuo (vt ferunt) Hercule datã/ Heraclaea vocitatur. Id famae fidẽ adiecit/iuxta specus est Achaerusia ad Manes (vt aiunt) peruius / atq; inde extractum Cerberum existimant.

Paphlagonia.

Tum Tios oppidũ Millesiorũ quidẽ colonia/sed iam soli/gẽtisq; Paphlagonũ/quorũ littorib⁹ pene mediis ꝓmontoriũ est Carambis Citra Partheni⁹ amnis vrbes Sesam⁹/et Cromna/et a Cythoro Phryxi filio posita Cythoros. Tũ Cimolis accolit̃: et q̃ Paphlagoniã finit Armene.

Pomponij Melae de situ orbis Chalybes.

c Chalybes ꝓximi clarissimas habent Amyson/et Synopen Cynici Diogenis patriam. Amnes Alin/ et Thermodonta. Secundum Alyn vrbs est Lycasto/a Thermodonte camp⁹/in eo fuit. Themiscyrũ oppidũ. fuere et Amazonũ castra/ ideo Amazonũ vocant. Tybareni Chalybas attingunt/quibus in risu/ lusuq; summũ bonũ est/ Ultra Carambin Mossynoeci turres ligneas subeunt. Notis corpus om̃e ꝑsignãt. Propatulo vescũtur. Promiscue ꝯcũbunt. Et palã reges suffragio deligunt/vinculisq;/et arctissima custodia tenent/ atq; vbi culpã praue imperãdo meruere/ inedia diei totius afficiunt. Ceterũ asperi: inculti/ pernoxii appulsis. Deinde min⁹ feri. Uerũ et hi inconditis morib⁹ Macrocephali. Discheri. Buxedi. Rarae vrbes/Cerasumptus/et Trapezus maxĩe illustres Inde is locus est: vbi finem ductus a Bosphoro tractus accipit/ atq; inde se in sinu aduersi littoris flexus attollens angustissimũ ponti facit angulum. Hic sunt Colchi. Hinc Phasis erũpit Hic eodem noĩe quo amnis est Athenistagora Milesio deductum oppidũ. Hic Phryxi templũ/et lucus/fabula vetere pellis aureae nobilis: hinc orti mõtes longo

se iugo/et donec Rhiphaeis coniungant exporrigunt/q altera pte in Euxiniū/et Moeotida/et Tanaim Altera in Caspium pelagus obuersi Cearuni dicunt iidem alibi. Taurici. Moschi. Amazonici. Caspii. Corarici. Caucasi/vt aliis/alīsue appositis gentib⁹ ita aliis/alīsq dicti noīb⁹. At in pīo flexu iam curui littoris oppidū est/qō Graeci mercatores cōstituisse/et q: cum caeca tempestate agerent ignaris quae terra esset: Cygni vox notā dederat/ Cygnū appellasse dicunt Reliqua eius ferae/incultaeq gentes vasto marī assidentes tenēt Melanchlaeni. Terrestrea. Sexsolite. Corarī. Phthirophagi Maeniochi. Achei Cercetici. Etiā ī cōfinio Moeotidis/Scyndones. In Meniochorū finib⁹ Dioscorias a Castore ⁊ Polluce pōtū cū Iasone ingressis: Syndos/in Syndonū ab ipsis terrarū cultoribus condita est. Obliqua tunc regio/et in latum modice patēs inter Pontū/paludēq ad Bosphorū/excurrit quā duobus alueis in lacum/et in mare ꝓfluens Corocōdama pene insulā reddit. Quattuor vrbes ibi sunt Hermonassa. Cephoe. Phanagoria/et in ipso ore Cimmeriū. Hac ingressos lacus accipit lōge/lateq diffusus. Qua terras tangit incuruo circūdat⁹ littore/qua mari ꝓpior est (nisi vbi reperīt)

Cygnus oppi.

quasi margine obductꝰ/citra magnitudiẽ ꝓpe Pō
to silis. Oraꝫ quae a Bosphoro ad Tanain vsqꝫ de
flectit̃ Moeotici incolūt. Toreatae. Arrichi. Phico
res/et ostio flumīs ꝓximi Jaxamathae/apud eos
easdē artes femīe/q̃s viri exercēt/adeo vt ne militia
q̃dē vacēt. Viri pedibꝰ inhrēt/sagittisqꝫ depugnāt
illae eq̃stre praeliū ineunt. Nec ferro dimicant/ sed
q̃s laqueis intercepe/trahēdo cōficiunt. Nubūt tñ
verū vt nubiles habeant̃/nō in aetate modꝰ est: nisi
quae hostē interemere/ v̄gines manēt. Ipse Tana
is ex Rhipheo monte deiectꝰ adeo praeceps ruit
vt cū vicina flumīa tuꝫ Moeotis/ et Bosphorus/
tum Ponti aliq̃ brumali rigore durent̃ / solus aestꝰ
hyemēqꝫ iuxta ferens idem semp/ꝛ sublimis/incita
tusqꝫ decurra/tripas eius Sauromatae/et ripis he
rentia possident. Una gens/aliquot populi/et ali-
quot noīa. Primi Moeotici. Ginaecocratumenoe.
Regna Amazonū foecundos pabulo/ at alia steri-
les/nudosqꝫ campos tenent/Budini/Geloni vrbē
ligneam habitant. Juxta Thissagetae/ Turcaeqꝫ va
stas syluas occupant/alūturqꝫ venando. Tum cōti-
nuis rupibus late aspera/et deserta regio ad Arem
phaeos vsqꝫ ꝑmittit̃. His iustissimi mores Pro do
mibus nemora. Alimenta baccae. Et maribꝰ et foe

minis nuda sunt capita/Sacri itaq; habent/adeoq; ipsos nemo de tam feris gentib⁹ violat/vt aliis q̄q; ad eos ꝓfugisse ꝓ Asylo sit: vltra surgit mons Rhiphae⁹/vltraq; eū iacet ora quae spectat oceanū

Pomponij Melae de situ orbis. Liber Scūs. Scytia i aeuropa

Siae in nostrū mare/Tanaimq; vergētis/quē dixi finis/ac situs est/ac ꝑ eundem amnē in Meotida remeantib⁹ ad dextraz Europae/mō siniſtro latere in nauigantiū appoſita/ac Rhiphaeis montibus ꝓxima: Et huc em̄ ꝑtinent/cadentes assidue niues adeo inuia efficiunt/vt vltra ne visum quidē intendentiū admittāt Deinde est regio ditis admodū soli/inhabitabilis tamē/q: Gryphi saeuū et ꝑtinax ferarū genus/aurum terra penit⁹ egestū mire amant/mireq; custodiunt/et sunt infesti attingentib⁹. Noīm primi sunt Scythae: Scytharūq; quis singuli oculi esse dicūtur Arimaspae. Ab eis Essedones vsq; ad Meotida. Huius flexum Buges amnis secat. Agathyrsi/et Sauromatae ambiunt/q: ꝑ sedibus plaustra habent dicti Hamaxobitae. Obliqua tūc ad Bosphorū plaga excurrēs Ponto/ac Meotide inclu

ditur. In paludē vergentia Sartachae tenent. In Bosphorū Cimmerica oppida Myrmetion. Pantica paeū. Theodosia. Hermisiū. In Euxinū mare Taurici. Sup eos sinus portuosus/et ideo Calos limen appellat⁹/ promontoriis duob⁹ includit. Alterū Criu Metopon vocant/Carambico/ qō in Asia diximus/patet aduersum. Parthenion alterū oppidum adiacet. Cheronesus a Diana (si credat) conditū/ et Nymphaeo specu/ qō in arce eius Nymphis sacratū est/maxīe illustre. ¶ Subit tum ripaz mare/et donec quinqz millia passuū absit a Moeotide refugiētia vsqz subsequēs littora/que Sathar chae/et Taurici tenent/peninsulā reddit/qō inter paludē/et sinum est Tapbre noiat. Sinus Carcinites. In eo vrbs est Carcine/ quā duo flumia Berros/et Hypacyris vno ostio effluentia attingunt/ verū diuersis fontib⁹/et aliunde delapsi. Nā Berros inter Basilidas/et Nomadas euoluit. Sylue deinde sunt/quas maxīas hae terrae ferūt/et Panticapes qui Nomadas/ Georgosqz disterminat. ¶ Terra tum longe distenta excedens tenui radice littore adnectit. Post spaciosa modice paulatim se ipsa fastigiat/et q̄si in Macronē longa colligens latera/facie positi ensis allecta est Achilles infesta clas

a se mare Ponticum ingressus ibi Ludicro certamĩe celebrasse victoriam/et cũ ab armis quies erat/se ac suos cursu exercitauisse memoratur / ideo dicta est Dromos Achilleos. ¶ Tuz Borystenes gente sui noĩs abluit inter Scythiae amnes amoenissim⁹ turbidis aliis/liquidissim⁹/ defluit placidior q̃ caeteri potariq; pulcherrim⁹/ Alit letissima pabula magnosq; pisces/q̃b⁹ et optim⁹ sapor / et nulla ossa sunt/ lõge venit/ignotisq; ortus e fontib⁹ q̃draginta dierũ iter alueo stringit/tantoq; spacio nauigabilis secun

b dũ Borystenida/et Olbida Graeca opdida egreditur. Calipidas Hypanis includit/ex grandi palude oritur/quã matrẽ eius accolae appellant/et diu qualis natus est / defluit tantũ non longe a mari ex paruo fonte/cui Exampheo cognomen est/ adeo amaras aquas accipit/vt ipse quoq; iam sui dissimilis/et non dulcis hinc defluat. Axiaces ꝓximus intra Calipidas Axiacasq; descendit. Hos ab Istricis Tyra separat/surgit in Neuris/qua exit sui nominis oppidũ attingit. At ille qui Scythiae populos a sequentib⁹ dirimit aptis in Germaniã fontibus/alio q̃ desinit/noĩe exorit̃. Nam ꝑ ĩmania magnarũ gentiũ diu Danubi⁹ est/deinde aliter appellã-

Pomponij Melae de situ orbis

tibus accolis Ister fit/accept isq; aliquot amnibus ingens iam/et eorũ/ q̃ in nostrũ mare decidũt tantũ Milo minor/toti dem/quot ille ostiis/sed tribus tenuibus reliquis nauigabilib⁹ effluit. Ingenia cultusq; gentiũ differunt. Essedones funera parentũ laeti/et victimis/ac festo coitu familiariũ celebrant. Corpa ipsa laniatu/et caesis pecorũ viscerib⁹ imixta epulando cõsumũt. Capita vbi fabre expoliuere/ auroiuncta p̃ poculis gerũt. Haec sunt apud eos ipsos pietatis vltima officia. Agathyrsi ora/artusq; pingunt/vt quiq; maiorib⁹ praestant/ita magis vel minus. Ceterũ iisdẽ oẽs notis/et sic vt ablui nequeant. Sarmatae auri argenti maximarũ pestiũ ignari vice rerũ cõmertia exercent/atq; ob saeua hyemis admodũ assidue demersis in humũ sedib⁹ specus/ ant suffossa habitant. Totũ Bracbati corpus/ et nisi qua vident etiam ora vestiti. Tauri Iphigeniae/ & Orestis aduentu maxie memorati/imanes sunt moribus/immanẽq; famã habent/ solere p̃ victimis aduenas caedere. Basilidis ab Hercule/et Echidna generis principia sunt/mores regii arma tantus sagittae. Vagi Nomades pecorũ pabula sequunt̃/ atq; vt illa pecorũ durant/ita diu statã sedem agũt Colunt Georgi/exercentq; agros. Axiacae furari

a quid sit/ignorant/ideoq; nec sua custodiunt/nec ali
ena contingũt. ¶ Inter ri⁹ habitantiũ ritus asperior
et incultior regio est. Bella/caedesq; amant. Mos-
q; est bellantib⁹ cruorem eius/quẽ primũ intereme-
runt/ipsis euulnerib⁹ ebibere. Ut quisq; plures in
teremerit/ita apud eos habet̃ eximius. Ceterũ exp
tem esse caedis/inter obprobria vel maxĩm. Ne foe
dera quidẽ incruenta sunt/sauciant se/ qui paciscunt̃
exemptũq; sanguinẽ/vbi ꝑmiscuere degustãt/id pu
tant mansurae fidei pign⁹ certissimũ. Inter epulas/
quot quisq; interfecerit/referre laetissima/ et frequẽ
tissima mentio/binisq; poculis/qui plurimos retule
re/ꝑpotatis interlocant̃ honos praecipu⁹ est. Po-
b cula vt Essedones parentũ ita inimicissimorũ capiti
bus expoliunt. Apud Anthropophagos ipse etiã
epulae visceribꝰ hũanis apparant̃. Geloni hostiũ
cutibus equos/seq; velant. Illos reliqui corꝑis/ se
capitũ. Melanchlaenis atra vestis/ et ex ea nomen
Neuris statim singulis tempus est/quo si velint in
lupos/iterũq; in eos: qui fuere mutent̃. Mars om
niũ deus. Ei ꝑ simulachris enses ⁊ tentoria dedicãt
hoĩesq; ꝑ victimis feriunt. Terrae late patẽt/et ob
excedentia ripas sua plerũq; flumĩa nusq̃ nõ ad pa

bula fertiles. Alicubi vsq; adeo steriles ad caetera vt qui habitant lignorum egentes ignes ossibus alant.

Thracia.

b Js Thracia proxima est/ eaq; a Pontici lateris fronte vsq; in Jllyricos penitus im c
missa/qua latera agit Jstro/ pelagoq; contingit. Regia nec coelo laeta/nec solo/et nisi qua mari p-
pior est/infoecunda frigida. Leorumq; quae ferun
tur maligne admodum patiens. Raro vsq; pomife
ram arborē. Vitem frequentius tolerat/sed nec ei⁹
quidem fructus mutarat/ac mitigat/ nisi vbi frigo
ra obiectu frondium cultores arcuere. Viros beni-
gni⁹ alit non ad speciem tamen. Nam et illis asper/
atq; indecens corporū habitus est. Caeterū ad fe- d
rociam/et numerū/ vt multi immitesq; sint/ Mari
me ferax. Paucos amnes/qui in pelagus euadunt/
verum celeberrimos Haebrum/et Nestō/Strymona emittit. Montes interior attollit Haemon/
et Rhodopen/et Orbelon sacris Liberi patris/
et caetu Menadum Orpheo primus initiante cele-
bratos/e quis Haem⁹ in tantū altitudinis abit/vt
Euxinum/et Adriam ex summo vertice ostendat.

Una gens Thraces habitant aliis / aliisq; praediti et noĩbus/et morib⁹ /quidã Feri sunt/et ad mortem paratissimi. Getae vtiq; id varia opinio ꝑficit. Alii redituras putant anĩas obeuntiũ. Alii et si nõ redeant/non extingui tñ/ sed ad beatiora transire. Alii emori quidẽ/ sed id melius esse q̃ viuere. Itaq; lugent̃ apud quosdã puerperia/natiq; de flent̃. Funera cõtra festa sunt/et veluti sacra cantu/ lusuq; celebrant̃. Ne foeminis quidẽ segnis est anim⁹/ super mortuorũ virorũ corpa interfici/simulq; sepeliri votum eximiũ habẽt/ q: plures simul singulis nuptae
a sunt/cui⁹ id sit decus apud iudicaturos magno certamĩe affectant morib⁹ datur/ estq; maxie laetũ/cuz in hoc contendit̃ vincere. Moerẽt alii vocib⁹/et cũ acerbissimis planctib⁹ efferũt. At quibus cõsolari eos anim⁹ est/arma/opesq; ad rogos deferunt paratiq; (vt dictitant) cũ fato iacẽtis/si detur in man⁹ vel pacifici/vel decernere/vbi nec pugnae/nec pecuniae locus sit/manẽtq; dños proci. Nupturae virgines non a parentib⁹ viris tradunt̃/ sed publice: aut locant̃ ducendae/aut veneũt: Utrũ fiat ex spe-
b tie/et morib⁹ causa est. Probae/formosaeq; in precio sunt/caeteras/ qui habeant/mercede quaerunt̃. Uini vsus quibusdã ignotus est: epulantib⁹ tamẽ

Lugentur puerperia

vbisup ignes/quos circũsident/quaedã semina ingesta sunt/ similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In littorib⁹ Istro ꝓxima est/ Istropolis/ deinde a Milesiis deducta Calatis/ et Tritonice. Et portus Caria/et Tiristris ꝓmontoriũ/ qõ ꝓtaeteruectos alter ꝑõti angul⁹ accipit/ aduers⁹ ꝑhasiaco/et nisi amplior foret/similis fuit. Hic Bizone motu terrae intercidit. Est portus Crunos/vrbes Dionisiopolis. Odessos Messembria. Anchialos et/intimo in sinu/ atq; vbi ꝑont⁹ alterũsui flexum angulo finit/magna appollonia. Recta dehin cora/ nisi q; media ferme in ꝓmontoriũ/ qõ Thinniã vocant/exit et incuruis cõtra se littorib⁹ obtendit: vrbesq; sustinet Halmydesion/ et ꝑhilas et ꝑhinopolin. ¶ Hacten⁹ ꝑõtus deinde est Bosphorus et ꝓpontis. In Bosphoro Bizantiũ. In ꝓpõtide Selymbria. Perinthus. Bathynis/amnesq;/ qui interfluunt Erginus/et Atyras. Tum Rhesi regnata quondã pars Thraciae/et Bisanthae Samiorũ/et ingens aliqñ Lypsella. Post locus/quem Grai Macron Thichos appellãt/et in radice magnae peninsulae sedens Lysimachia. ¶ Terra/quae sequit nusq; lata/atq; hic arctissima inter Hellespõtũ/Aegaeũq; ꝓcurrit angustias Isthmon. Fron-

Bizantiũ

tem eius Mastusiã. Totam Chersonesum appellant. Ob multa memorabile est. In ea flumen Aegos naufragio classis Atticae insigne. Est et Abydo obiacẽs/Sestos/Leandri amore nobilis. Est et regio/in qua Persarũ exercit⁹ diuisas spacio: pelagoq; terras ausus Pontib⁹ iungere/mirũ/atq; ingens facin⁹ ex Asia in Graeciã pedes/et non nauigata maria transgressus est. Sũt Protesilai ossa cõsecrat a delubro. Est et portus Coelos/Athenien sibus/et Lacedaemoniis nauali acie decernẽtib⁹ Laconicae classis signatus excidio. Est Cynosema tumulus Hecubae/siue ex figura canis in quã cõuersa tradit̃/siue ex fortuna/in quã deciderat/humili nomine accepto. Est Macidos. Est Helleus/quae finit Hellespontũ. Aegaeũ statis pelagus vaste longum littus impellit/summotasq; terras binc ad promontoriũ/qõ Suniũ vocat̃/magno ambitu/molliq; circũagit. Eius tractum legentib⁹/praeuectisq; Mastusiã/tum sinus intrand⁹ est/qui alterũ Chersoni latus abluẽs iugo facie vallis includit̃/et ex fluuio/quẽ accipit/Melas dictus/duas vrbes amplectit̃ Alopeconesum/et in altero Isthmi littoris sitam Cardiã. Eximia est Aenos ab Aenea pfugo condita. Circa Hebrũ Licones. Trans eundẽ Do-

riscos/vbi Xerxem copias suas/q; nūero non poterat. spaciuz mensum ferunt. Deinde promontoriū Serriū/ex quo canentem Orpheā/secuta narrant nemora/Zonae. Tum Scoenos fluui⁹/et ripis ei⁹ adiacens Maronia. Regio vlterior Diomedē tulit immanib⁹ equis mandendos solitū obiectare aduenas/et iisdem ab Hercule obiectū. Turris/quā Diomedis vocāt/signū fabulae remanet/et vrbs quā soror ei⁹ suo noīe noīauit: Abdere sed ea magis id memorandū bz/q; Democrytū Physicū tulit/q; ita cōdita ē. Vltra Nestos fluit, interq; eū et Strymona/vrbes sunt Philippi. Apollonia. Amphipolis. Inter Strymona/et Athon/turris Calarnaea/et port⁹ Caprullon vrbs Acanthos/z Oesyma. Inter Athon/et Pallenen Cleona et Olynthos. Strymon (sicut dixim⁹) amnis est/longeq; ortus/et tenuis/alienis subinde aquis fit amplior/et vbi longe a mari lacum fecit/maiore q; venerat alueo erūpit. Athos mons est adeo elatus/vt creditur altius q; vnde imbres cadunt/surgere. Capit opinio fidem/q; de aris/quas in vertice sustinet/nō abluit cinis/sed quo relinquit aggere manet. Caeterū non promontorio/vt alii: verū totus est/totoq; longe dorso procedit in pelagus qua continenti ad-

Diomedis equi feroces

Philippi
Apollonia
Amphipolis

Strymon

Athos

haeret/ ⁊ Xerxe in Graios tendẽte/ ꝑfossus/ transnauigatusq̃/ et act⁹ freto nauigabili ꝑui⁹. Jma ei⁹ tenẽt paruae Pelasgorũ coloniae. Jn sum̃o fuit oppidum Acroathon/ in quo (vt ferunt) dimidio longior q̃ in aliis terris aetas habitantiũ erat. Pallene soli tam patentis/ vt quinq̃ vrbiũ sedes sit/ atq̃ ager. Tota in altũ abit/ angusta satis vnde incipit. Jbi est Potidaea. At vbi laxi⁹ patet. Mendae Scioneq̃ referendae/ illa ab Haeretris. Haec ab Achinis capto Jlio remeantibus posita.

Acroathon

Macedonia.

Tum Macedonũ populi/ quot vrbes habitant/ quarũ Pellam maxĩe illustrẽ alumni efficiunt/ Philippus Graeciae domitor. Alexander etiam Asiae. Jn littore flexus Mecybernaeus inter ꝓmontoria diuidit Canastreũ/ et portum/ qui Copos dicit̃. vrbes Toronen. et Physcellam/ atq̃ vnde ipsi nomẽ est/ Mecybernã incingit. Canestreo ꝓmontorio Scione ꝓxima est. Mecybernae⁹ autẽ in medio qua terra dat gremiũ/ modice in littora ingredit̃. Caeterũ longis in altũ ĩmissis lateribus ingens inter maria sinus est. Jn eũ Axius per Macedonas/ etiã per Thessalos Peneus excurrit. Ante Axium Thessalonice est. Jnter vtrũq̃ Cassandria

Pella

Cydna. Aloros. Derri. a Peneo sepias. Corinthia b
Meliboea. Castanea pares ad famā / nisi q̄ Phi-
loctetes alumnus Meliboeā illumīat. Terrae inte-
riores claris locorū noībus insignes pene nihil ig-
nobile ferunt. Hinc non longe est Olympus. Hic
Pelion. Hic ossa montes gigantū fabula / belloq̄
memorati. Hic musarū parens domusq̄ Pieria.
Hic nouissime calcatū Graio Herculi solum / salt⁹
Oeteus. Hic sacro nemore nobilia tempe. Hic Li
bethra carminūq̄ fontes obiacent. ¶ Tum iam va
ste et multū ꝓminēs Graecia / et dum Myrthoum
pelagus attingat / a septētrione in meridiem vecta /
qua sol oritur Aegaeis / qua occidit Joniis flucti-
bus obiacet ac ꝓxime spaciosa / et Hellas noīe grā
di fronte procedit / mox mari vtroq̄ et Jonio ma- c
gis latera eius intrante donec quinq̄ milia passu ū
pateat / media ferme prope incidit. Deinde rursum
terris huc se et illuc / verū in Joniū mare magis ex
pandentibus / ꝓgressisq̄ in altum non tam lataq̄
coeperat ingens tamē iterū et quasi peninsula exten
ditur / vocaturq̄ Peloponnesos / ob sinus et ꝓmō
toria / quis vt fibris littora eius incisa sunt / simul q̄
tenui tramite in latus effunditur / platani folio simil
lima. ¶ In Macedonia prima est Thessalia / dein-

de Magnesia. Phthiotis. Doris. Locris Phocis Boetis. Attis. Megaris. Sed omniũ Attis clarissima. In Pelopõneso Argolis. Laconice. Messenia. Achaia. Elis. Arcadia. vltra Aetolia. Acarnania. Epiros vsq; in Adriam. De locis/atq; vrbibus/quae mare non abluit haec maxime memorãda sunt. In Thessalia / Larissa aliquando Iolcos. In Magnesia Antronia. In Phthiotide Phthia In Locride Cynos/ꝛ Callioros. in Phocide Delphi et mons Parnasus / et Apollinis fanum atq; oraculum. In Boetia Thebae/ et Citheron fabulis/carmĩbusq; celeberrimꝰ. In Attide Eleusin Cereri cõsecrata. Et clariores/ q̃ vt indicari egeãt/Athenae In Megaride vnde regiõi nomẽ est/Megara. vt in Argolide Argos/et Mycenae et tẽplũ Iunõis vetustate ꝛ religiõe ꝑcelebre In Laconide. Terapne Lacedemõ. Amyclae/mõs Tayget⁹. Messenia In Messene et Methõe. In Achaia atꝫ Eliade q̃ndã Pisae Oenomai Elis et numẽdelubrũq; Olympii Iouis certamĩe Gymnico/et singl̃ari sctĩtate. Ipso q̃dẽ tñ sil̃acro/q̃d Phidie op⁹ est maxĩe nobile ¶ Arcadiã Pelopõnesiae aegẽtes vndiq; incĩgũt. In ea st̃ vrbes. Sophꝫ ꝛ Tenia. Orchomẽos mõtes/pholoe/Cylleni⁹ /ꝑtheni⁹/moenal⁹/flumĩa/

Erymanthus/et Ladon. ¶ In Aetolia Naupactos. In Acarnania Stratos/oppida. ¶ In Epiro Dodonaei Iouis templū: et fons ideo sacer/q cum sit frigid⁹/ et īmersas faces sicut caeteri extinguat/vbi sine igne ꝓcul admouent accendit. At cum littora leguñ a ꝓmontorio Sepiade p Demetriā et Boion/ et Ptheleon/ et Echinon ad Pagaseū sinum cursus est. Ille vrbem Pagasam amplex⁹/ amnem Sperchion accipit/et q: Minyae colchida petentes inde Argo nauē soluere memorañ. Ab eo ad Suniū tendentib⁹ illa praenauiganda. Maliac⁹ et Opuntius grandes sinus/et in his caesoꝝ etiā Laconū tropbaea. Thermopylae. Opoes. Scarphia. Cnemides. Alope. Antedon. Larūnae. Aulis Agamēnonia/ Graioꝝq classis in Troiam cōiurantiū statio. Marathon magnarum/multarūq virtutū testis/ iam inde a Theseo Persica maxīa clade pnotus Rhamnus parua illustris tamē/q in ea fanū est Amphiarai/et Phidiaca Nemesis. Thoricos/et Brauronion olim vrbes/ iam tantū noīa Suniū ꝓmontoriū est/finitq id littus Hellados/ qō spectat ad orientē. Inde ad meridiē terra cōuertitur vsq ad Megarā Atticae vt modo latere/ ita nunc fronte pelago adiacens. Ibi est Pyrae⁹ Athe

Mraculum

Aulis Agamemnonia

nienſiū portus. Scyronia ſaxa ſaeuo quondā Scy
ronis hoſpicio etiā nunc infamia. Megarenſiū trac
tus Iſthmon attingit hoc illi cognomē eſt/q: quin
q; miliū ſpacio aegeū mare ab Ionio ſubmouēs an
guſto tramite Helladi Peloponneſon annectit. In
eo eſt oppidū Lenchreae/fanū Neptūni. Ludi q̄s
Iſthmicos vocant/celebres/Corinthos olim clara
opibus/poſt clade notior/nunc Romana colonia
ex ſūma arce/ quā Acrocorinthon appellant maria
a vtraq; cōtuens Peloponeſi oram (ſicut dixim⁹) ſi
nus et pmōtoria lacerant ab oriente Bucephalos
et Cherſoneſus/et Scyleon/ad meridiem Malea.
Taenaros. Acritas. Ichthys/ad veſperū Chelo-
nates/et Araxos. Habitant ab Iſthmo ad Scyle
on Epidauri Aeſculapii tēplo incliti/ et Troezenii
fide ſocietat⁹ attice illuſtres port⁹ ſarronic⁹/z Sche
nitas pagon⁹. Oppida aūt Epidaur⁹/ et Troezen
z Hermiona bis littorib⁹ appoſita ſūt. Inter Scy
b leō/et Maleā laconic⁹. Inter Taenaron/ et Acritā
et Ichthim Cypariſſius In Argolico ſunt noti ānes
Eraſin⁹/atq; Inach⁹/ et notū oppidū Lerne. In
Laconico Cynthius/et Eurotas. In ipſo Tenario
b Neptūni tēplū/et ſpec⁹ illi quē in Pōto Acheruſiū
dixim⁹ facie/ et fabula ſimilis. In Aſinaco flumen

Pamisum. In Cyparissio Alpheus/ nomen dedit vrbs in littore sita: hinc Cyparissus/ illinc Asine Messenii/ Pyliiq; terras colunt/ et ipsa pelago Pylos adiacet. Cyllene. Calipolis. Patrae oram illam tenent/ in quâ Chelonatas/ et Araxos excurrunt/ Sed Cyllene/ q; Mercurio ibi natũ arbitrantẽ insignis. ¶ Rhion deinde (maris id nomẽ est) angustè et velut freto lacus ore frequẽti incidẽs inter Aetolos/ et Pelopõnesiacos vsq; ad Isthmon irrumpit. In eo ad septẽtrionẽ spectare littora incipiunt. In his est Aegeon/ et Aegina/ et Olyros/ et Sicyon/ ac in aduersis Pagae/ Creusis/ Anticyra. Oeanthia. Cyrra/ et notior aliquãto noie Calidon/ et Euenos. Extra Rhion in Acarnania maxie clara sũt oppidũ. Leucas/ flumẽ Achelous. ¶ In Epiro nihil Ambracio sinu nobilio est/ facit sinus qui angustis faucibus et quae minus mille passibus pateant grande pelagus admittit. Faciunt vrbes/ quae assidunt/ Actiũ Argi. Amphilocis. Ambracia/ Aeacidarũ regna/ pyrthiq; Butroton vltra est. Deinde Cerauni mõtes. Ab iis flexus in Adriã hoc mare magnũ secessu littorũ acceptũ et vaste quidẽ in latitudinẽ patens/ qua penetrat tñ vastius Illyricis vsq; Tergestũ. Caetera Gallicis/ Italisq; gentib⁹.

c

d

Ceraun

cingunt. Parthenii/et Dasarctae pria eius/ tenent
sequētia paulatim Enthellae. Phoeaces/deide sūt
quos ꝓprie Illyricos vocant. Tum Pyraei/et Li
a burni/et Istria. Urbiū pria est Oricum/scōa Dyr
rachiū/Epidānos ante erat. Romani nomē muta
uere/ quia velut in dānuz ituris omen id visum est.
Ultra sūt Apollonia. Salona. Jadera. Mona Tra
guriū sinus Polaticus/et Pola quondā a Colchis (Pola)
(vt ferunt) habitata/inq̄tū res trāseunt nūc Ro
mana colonia. Amnes aūt Aeas/et Nar. et Danu
bius/q̄ iam dict⁹ est Ister/sed Aeas scōm Apollo
niā. Nar iter Pyraeos et Lyburnos ꝑ Ister emit
tit. Tergeste intio in sinu Adriae sitū finit Illiricū.

Italia.

d Et Italia magis quia ordo exigit q̄ꝫ q; mō
strari eget/pauca dicent/nota sunt oīa/ab
b Alpibus incipit in altū excedere/ atq; vt ꝓcedit se
media ꝑpetuo Apoenini iugo/montis attollens in
ter Adriacū et Tuscū/ siue vt aliter eadē appellant
inter superū mare/et inferū excurrit diu solida. Ve
ruz vbi longe abit in duo comua scindit/respicitq;
altero Siculū Pelag⁹/altero Joniū tota angusta/
et alicubi multo q̄ vnde coepit angustior interiora
eius aliae/aliaeq; gentes. Sinistram partem Lar- (Veneti)
ni/ et Veneti colunt/ Togatam Galliam. Tum

Pomponij Melae de situ orbis

Italici populi / Picentes. Frentani. Dauni. Apuli Calabri. Salētini. Ad dextrā sunt sub Alpibus Ligures. Sub Apoenino Hetruria. Post Latium. Volsci. Cāpani / et sup Lucaniā Brutii. Urbium / quę ꝓcul a mari habitanť opulentissimae sunt / ad sinistram Patauiū: Antenoris: Mutina / et Bononia Romanorū coloniae. Ad dextrā Capua a Tuscis / et Roma quondā a pastorib⁹ condita / nunc si pro materia dicať / alterū opus. At in oris ꝓtima est a Tergeste Cōcordia. Interfluit Tinauus nouē capitib⁹ exurgens vno ostio emissus. Deinde Natiso non longe a mari ditem attingit Aquileiā. Ultra est Altinū. Superiora late occupat littora Pad⁹ Māgꝫ ab imis radicib⁹ Vesuli montis exortus pauis se primū fontibus colligit / et aliquaten⁹ exilis / ac macer mox aliis amnib⁹ adeo augescit / atqꝫ alit / vt se per septē ad postremū ostia effundat. Vnū de iis magnū Padum appellant. Inde tam citus ꝓsilit / vt discussis fluctib⁹ diu qualē emisit / vndā agat suāqꝫ etiā in mari alueū seruet / donec eum ex aduerso littore Istriae eodem impetu ꝓfluens Ister amnis excipiat. Nec re ꝓ ea loca nauigantib⁹ / qua vtrīqꝫ amnes / eunt inter marinas aquas dulciū haust⁹ est. A Pado ad Anconā transit ꝓ Rauēnā Arimi

nũ. Pisaurũ fanestris colonia/flumen Metaurus atq; Esis/et illa in angusto illoꝝ duoꝝ ꝓmontorioꝝ ex diuerso coeuntiũ inflexi cubiti imagine sedens ꝛ ideo a Graiis dicta Ancona. Inter gallicas Italicasq; gẽtes quasi terminus interest. Haec eñ ꝓgressos Piceni littora excipiũt: in quib⁹ humana potẽtia. Cliterna/Cupra vrbes/Castella ãt Firmũ Adria/Truentinũ. Idei fluuio/qui ꝓterit nomen
a est. Ab eo Senogallia maritima/habet eñ flumi nis ostia. Vrbes Bucara et Histoniũ. Dauni aũt Daum
Tisernũ amnem. Claterniã. Lucrinũ. Theanũ/oppida/mõtemq; Barganũ. Sinus est ꝓtinuo Apulo littore incinctus noĩe Arias modicus spatio/plera q; asper accessu. Extra Sipuntũ vel vt Graii dixere Sipyus/et flumen/qõ Canusiũ attingens/Ausidũ appellant. Post Bariũ/Egnatia/et Ennio ciue nobiles Rudiae/ꝛ in Calabria Brundusiũ Brũdusiñ
Ualetiũ lupiae hydrus mons/tũ Salentini campi et Salentina littora et vrbs Graia/Gallipolis.
C Hucusq; Adria/hucusq; Italiae latus alterum
b ptinet. Frons eius in duo q̃dem se cornua (sicut supra dixim⁹) scindit. Caeterũ mare qõ inter vtraq; admisit tenuib⁹ ꝓmontoriis/semel iterumq; distinguens/non vno margine circuit/nec diffusum pa-

tensq; / sed per sinus recipit. Primus Tarentin⁹ dr
inter ꝓmontoria Salen / et Laciniũ. In eoq; sunt
Tarentus. Methapontũ. Heraclea. Croto. Turiũ
Scdus Scyllaceu⁹ inter ꝓmontoria. Laciniũ / et
Zephyriũ / in quo est Petilia. Cocinthus. Scylla-
ceũ. Mistrae. Terti⁹ inter Zephyriũ et Brutiũ. Cõ
sentiã. Caulonia. Locrosq; circũdat. In Brutio sũt
Colũna regia / Rhegiũ / Scylla Taurianũ / et Me-
taurũ. Hinc in tuscũ mare deflexus est / et eiusdẽ ter
re latus alterũ Terina / Hippo / nũc Vibon. Teme
sa / Clampetia / Blanda / Buxentũ / Velia. Palinur⁹
olim Phrigii gubernatoris / nũc loci nomẽ. Paesta
nus sinus / Paestũ oppidũ. Silerus amnis. Picẽ
tia. Petrae / q̃s Syrenes habitauere. Minerue ꝓ-
montoriũ / om̃ia Lucaniae loca. Sinus / Puteola-
nus. Surrẽtũ Herculanaeũ. Vesuuii mõtis aspe
ctus. Pompeii. Neapolis. Puteoli. Lacus Lucri-
nus / et Auernus. Baiae. Missenũ. Id nunc loci /
aliqñ Phrigii militis nomẽ. Cumae. Linternũ. Vul
turnus amnis. Vulturnũ oppidũ. Amoena Cãpa
niae littora. Sinuessa Liris. Minturnae. Formiae.
Fundi. Terracina. Cyrces dom⁹ aliqñ Circeii. An
tium. Aphrodisiũ. Ardea. Laurentum. Ostia citra
Tyberim in hoc latere sunt. Vltra Pyrgi / Anio /

Tarent⁹
Methapontũ
Neapolis
Puteoli
Cumae
Laurentũ
Aphrodisiũ

Castrum nouũ. Grauisce. Lossa. Telamon. Populonia. Cecina. Pisae. Hetrusca et loca/et noia. Deinde Luna. Ligurũ/et Liguria/et Genua/et Sabatia/et Albigaunũ. Tum Paulon/et Varũ flumina/vtraq; ab Alpibus delapsa/ Sed Varũ qa Italiã finit aliquãto notius. Alpes ipsae ab iis littorib⁹ longe/lateq; diffusae/primo ad septentrionẽ magno gradu excurrũt/deinde vbi Germaniã attigerunt/verso impetu in orientẽ abeunt/ direptisq; populis immanib⁹/vsq; in Thraciam penetrant.

Pisa
Genua
Varum
Alpes

Gallia.

Allia Lemano lacu/r Cebennicis mõtibus in duo latera diuisa/ atq; altero Tuscum pelagus attingens/altero oceanum/binc a Varo/illinc a Rheno ad Pyrenaeũ vsq; pmittitur. Pars nostro mari apposita/ fuit aliquãdo Braccata/nunc Narbonensis magis culta/et magis consita/ideoq; etiam laetior. Urbium/quas habet/ opulentissimae sunt Vasio Vocontiorum/Vienna/ Allobrogum/ Auenio/ Cauarum/ Arecomicorum/ Nemausus/ Tolossa/ Tectosagum/ Secundanorum/ Arausio/ Septanorũ/ Arelate/ Septimanorũq;/ Beterra. Sed

Vienna
Allobrogũ
Tolossa

ante stat omīis Atacinorū/Decimanorūq; colonia/ vnde olim iis terris auxiliū fuit/nunc et nomen/et decus est Martius Narbo. In littorib⁹ aliquot stī cū aliquib⁹ nominib⁹ loca. Caeterū rarae vrbes/qr rari portus/et omīis plaga austro/atq; Africo exposita est. Nicea tangit Alpes/tangit oppidū Deceatū/tangit Antipolis. Deinde forū Julii Octauianorū colonia. Tūc post Athenopolis/ꝛ Olbia/ b
et Glanon/et Citaristes/et Halycidon Massiliensiū portus/et in eo ipsa Massilia. Haec a Phoceis oriunda/et olim inter asperas posita/nūc vt pacatis/ita dissimilimis tñ vicina gentib⁹. Mirū q̄ facile et tunc sedem alienā coeperit/et adhuc morē suū teneat. Inter eā/et Rhodanū maritima Auaticoꝝ c
stagno assidet fossa Mariana. Partē eius amnis nauigabilis alueo effundit / alioquin littus ignobile ē Lapideū (vt vocant) in quo Herculē contra Albiona/et Bergion Neptūni liberos dimicantem cū tela defecissent ab inuocato Joue adiutū imbre lapidū ferunt/credas pluisse/adeo multi passim/ꝛ late iacent. Rhodanus nō lōge ab Istri/Rheniq; fontib⁹ surgit. Deinde Lemano lacu accept⁹ tenet impetum/seq; per mediū integer agens q̄tus venit egredit̄/et inde cōtra in occidentē ablatus aliq̄diu

fabula Rhodan

Gallias dirimit. Post cursu in meridiem abducto
bac intrat: aceessuq; alioꝝ amniū iam grandis/et
subinde grandior inter Volcas/et Lauaras emitti
tur. Vltra sunt stagna Volcarū. Ledum flumen/ca
stellū Latara. Mesua collis incinct⁹ mari pene vn-
diq;/ac nisi q̄ angusto aggere cōtinenti annectit̄ in
sula. Tū ex Bebēnis demissus Araurar} iuxta Aca
a tam/scōm Bliteras Obris fluit. Atax ex Pyreneo
mōte digressus/qua vi fontis aquis venit exiguus
vadusq;. Est etiā ingentis alioq̄n aluei tenens/nisi
vbi Narbonē attingit nusq; nauigabilis/sed cū bi
bernis intumuit imbribus/vsq; eo solit⁹ insurgere/
vt se ipe nō capiat. Lacus accipit eū Rubresus no-
mine spatiosus admodū/sed qua mare admittit/te
nuis aditu. Vltra est Leucata littoris nomē/7 Sal
sulae fons nō dulcib⁹ aquis defluēs sed salsioribus et
quā marinae sunt. Juxta cāpus minuta arundine/
gracilicq; puiridis. Caeterū stagno subeunte suspen
sus. Jd manifestat media ps eius/q̄ abscisſa proxi-
mis velut insula natat/pellicq; se: atq; attrahi patit̄/
q̄n 7 ex iis que ad imū perfossa sunt/suffusum mare
b ostendit̄. Vnde Graiis/nostrisq; etiā auctoribus/
veri ne ignorātia/an prudentib⁹ etiā mendacii libi-
dine visum est tradere posteris/in ea regiōe piscem

e terra penitus erui/q vbi ex alto bucusq penetra- c
uit p ea foramina ictu captantiū interfectus extrabi
tur. Inde est ora Sardonū: et parua flumina The
lis/et Thicis vbi accreuere psaeua/colonia Rusci=
no/vicus Eliberri magnae quondā vrbis/et mag=
narū opum tenu e vestigiū. Tum inter Pyrenei pro
montoria portus Veneris est sinu salso/z Leuaria
locus finis Galliae.

Hispania.

Pyreneus pmo hinc in Britannicū pro=
currit oceanū/tum inter terras fronte
cōuersus Hispaniā irrūpit/et minore
eius pte ad dexterā excluſa trabit ppetua latera cō=
tinuus p oēm donec prouintiā longo limite immis=
sus/in ea littora q occidenti sunt aduersa/pueniat.
Ipa Hispania/nisi qua Gallias tangit/pelago vn d
diq incincta est/vbi illis adhaeret/maxime angusta
paulatim se in nostrū/et oceanū mare extendit/ma=
gis/magisq latior ad occidentē abit: ac fit ibi latis=
sima. Viris/equis/ferro/plumbo/aere/argento/au
roq et tā abundans/et adeo fertilis/vt sic vbi ob
penuriā aquarū effoeta/et sui dissimilis est/linum tri
aut spartum alat. Tribus aūt est distincta nomini=
bus/parsq eius Tarraconensis/ps Betica/pars

Lusitania vocat̃ Tarraconensis altero capite Gallias: altero Beticã/Lusitaniãq; contingẽs/mari latera obiicit nostro/qua meridiẽ: qua septẽtrionem spectat/oceano: illas fluui⁹ Anas sepat/et ideo Betica maria vtraq; ꝓspicit/ad occideutẽ Atlanticũ/ad meridiẽ nostrũ. Lusitania oceano tãtummõ obiecta est/sed latere ad septentriones/fronte ad occasum. Urbiũ de mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerũt Pallantia/et Numãtia/nũc est Caesaraugusta. In Lusitania/Emerita. In Betica/Astagi. Ispalis. Corduba. at si littora legas/a Ceruaria ꝓxima est rupes/quae in altum Pyreneum extrudit. Dein Thicis flumen ad Rhodam/Clodianũ ad Emporia. Tum mons Iouis cui⁹ parti occidenti aduersam eminentiã cautium/que inter exigua spatia vt gradu subinde consurgunt/Scalas Annibalis appellant. Inde ad Tarraconem parua sunt oppida Blanda/Illuro/Betullo/Barchino/Subur. Tholobi parua flumina/Betullo. Iuxta Iouis montem Rubricatum in Barchinonis littore inter Subur/et Thelobin maius Taraco. Urbs est in his oris maritimarum opulentissima/Tulcis. Eam modicus amnis sup/Ingens Iber⁹ deorsum attingit. Inde se in terras pelag⁹ insinuat

Tarraconen
Betica
Lusitania
Pallantia
Numãtia
Corduba
Scalę hãnibal

et primũ magno impetu admissum/mox in duos si-
nus promontorio/qõ Ferrariã vocant/findit/prior
Sucronensis dicit: maiorq;/ac magno satis ore pe
lagus accipiens/et quo magis penetrat/angustior.
Sorobin/et Duriã/et Sucronẽ nõ magna excipit
flumina. Vrbes cõplexus/et alias qdem/sed notissi
mas Valentiã/ et Saguntũ illã fide/et aerũnis in-
clytã. Sequẽs Ilicitanus Aloné habet: et Lucen- c
tiã/et vnde ei nomen est Ilicen. Mox iam terrae ma-
gis in altũ eunt/latiorem q̃ fuerat/Hispaniã faci-
unt/verũ ab iis q̃ dicta sunt/ad principia Beticae
pter carthaginẽ/ quã dux Poenorũ Asdrubal cõ-
didit/nihil referendũ est. In illis oris ignobilia sunt
oppidã/et quorũ mentio tñ ad ordinẽ ptinet. Vir-
gi in sinũ quem Virgitanũ vocãt. Extra Abdera.
Suel. Mexi. Menoba. Malaca. Salduba. Lacip-
po. Berbesul. Aperit deinde angustissimũ pelag⁹/
et prima inter se Europae atq; Africe littora mon-
tes efficiũt/vt initio diximꝰ/colũnae Herculis Aby
la/et Calpes/vterq; qdem sed Calpes magis/et pe d
ne totus in mare prominens. Is mirũ in modũ con
cauus. Ab ea pte quae spectat occãsum/mediũ fere
latus aperit/atq; inde ingressus totus admodum
peruius ppe quantũ patet sinus/et specus vltra est

In eoqꝫ Cartheia (vt quidã putant) aliqñ Cartes sos/et quam transuecti ex Africa Phoenices habi tant/atqꝫ vnde nos sumus/Lingenteratum/mel lana et bello et Besipho vsqꝫ ad Junonis ꝓmon toriũ oram freti occupat. Illud iam in occidentẽ/et oceanũ obliquo iugo excurrens/atqꝫ ei qõ in Afri cam Impelusiam esse diceram⁹ aduersum/qua no stra maria sunt/finit Europen.

Europae insulae.

Gades

Gades insula quae egressis fretũ obuia est admonet ante reliquas dicere/cẽ in oceani littora terrarũqꝫ/circuitũ vt initio ꝓmisim⁹/oratio excedat. Paucae sunt in Moeotide (Inde enĩ vide tur cõmodissimũ incipere) neqꝫ oẽs tñ incolunt/ nam nec pabula quidẽ large ferunt. Hac re habitã tibus caro magnorũ pisciũ sole siccata/et in puluerẽ vsqꝫ cõtusa pro farre est. Paucae et in Ponto. Leu ce Borysthenis ostio obiecta parua admodũ/et qꝫ ibi Achilles situs est/Achillea cognoie. Mõ longe accollit Tria/quae Marti sacrata vt fabulis tradit tulit aues cum summa clade aduenientiũ pẽnas quasi tela iaculãtes. Sex sunt inter Istri ostia. ex iis Peu ce notissima et maxia. Thynnias Mariandinorũ fi nibus ꝓxima vrbem habet/quã qꝫ Bithyni inco=

Caro piscium pro farre

lunt Bithynida appellant. Contra Traciun Bosphorus duae paruae/paruoq; distantes spacio/ et aliqñ creditae/dictaeq; cõcurrere/et Cyaneae vocã b
Symplegades tur et Symplegades. In Propõtide tantũ Proconesos habitat. Extra Hellespontũ earũ quae Asiaticis regionib⁹ adiacent/clarissimae sunt Tenedos
Tenedos Sigaeis aduersa littorib⁹/ et quo dicent ordine ad promontoriũ Tauri mõtis expositae/quas quidã dici putauere Macarõ siue q; fortunati admodũ coeli soliq; sunt/ siue q; eas suo/suorũq; regno Macar occupauerat. In Troade Lesbos/ et in ea quinq; oliz oppida Antissa. Pyrrha Eressos. Ciraua. Mi
Mitylene tylene. in Ionia Chios/et Samos. In Caria. Los
Chios In Lycia Rhodos. In illis singulae sunt iisdẽ noi
Rhodos bus vrbes. In Rhodo tres quondã erãt Lindos/ c
Camiros. Jelysos/ que contra Tauri promontoriũ importune nauigãtib⁹ obiacent Chelidoniae noiantur. In sinu quẽ maxim Asia recipit, ppe media Cyprus ad ortũ/ occasumq; se imittens recto iugo inter Cyliciã/ Syriasq; porrigit ingens vt quae aliqñ nomen regno coeperit/et nũc aliquot vrbes ferat/quarũ clarissimae Salamis/ et Paphos/et q̃ primũ ex mari Veneré egressam accolae affirmant, Palaepaphos. Arados etiã in Phoenice est par

ua/et quantũ patet tota oppidũ/frequẽs tñ qꝝ etiã ſup aliena tecta ſedem ponere licet/parua et Canopos Nili oſtio/qõ Canopicuꝫ vocant/obuia eſt. Menelai gubernatoꝛ Canobꝰ ibi forte moꝛiens nomen inſulae/illa oſtio dedit. Pharos Alexandriae nunc ponte cõiungiẽ/olim vt Homerico carmiẽ p
a ditum eſt/ab eiſdẽ oꝛis curſu diei totius abducta/et ſi ita res fuit/videri põt cõiectantibꝰ in tantũ mutatate cauſas/Nilũ praebuiſſe/dum limum ſubinde/et praecipue cum exundaret/littoꝛi annectẽs auget terras ſpaciumqꝫ augeſcentiũ in vicina vada ꝓmouet. ¶ In Africa cõtra maioꝛẽ Syrtiin Luteletos contra minoꝛis ꝓmontoꝛia Meninx/et Cercinna/cõtra Carthaginis ſinũ Taꝛichiae et Egathes Romana clade memoꝛabiles. Plures Europe littoꝛibus ſunt appoſitae. ¶ In aegeo mari ꝓpe Thraciam. Thaſos. Imbꝛos. Samothrace. Scandille. Poliegos. Scyathos/Halonneſos/et quam aliquando omnibus (qui mares erant) caeſis tantum foeminae tenuiſſe dicuntur. Athoꝛ monti Lem
b nos aduerſa. Pagaſeus ſinus Schyaton ꝓſpicit Sciniſſon amplectitur. ¶ Euboea ad meridiem ꝓmontoꝛium Gereſton/et Caphariam/ad ſeptentꝛionem Caunum extrudit/Et nuſquam lata

duum miliũ spaciũ habet vbi arctissima est/caeterũ longa/ totiq; Boetiae apposita angusto freto distat a littore. Euripon vocant/ rapidũ mare/ et alterno cursu septies die/ac septies nocte fluctib⁹ inuicem versis/adeo ĩmodice fluens/vt ventos etiaz ac plena ventis nauigia frustret̃. Aliquot in ea sunt oppida. Hestiaea Eretria. Pyrrha. Nesos. Oechalia. verum opulentissimae Carystos/et Chalcis.

¶ In Attide Helene est nota stupro Helenae/ et Salamis excidio classis Persice notior. Circa Pelopõneson etiam nunc in Aegeo Phitiusa/ et Aegina/Aepidaurico littori proxima. Troezenio Calauria inter ignobiles alias laeto Demosthenis nobilis. ¶ In Myrthoo Cythera cõtra Maleã emissa/et Theganusa cõtra Acritaz. ¶ In Jonio Prote/hyria. Cephalonia. Neritos. Same. Zacinthos Dulichiũ/et inter nõ ignobiles Ulissis noĩe Ithaca maxĩe illustris. ¶ In Epiro Echinades/et olim Plotae: Strophades/cõtra Ambratiũ sinũ Leucadia/et vicina Adriaco mari Corcyra/ hae Thracum/Graiorũq; terris obiacent/ at interius Melos. Olearos. Aegina Cathon. Jos. Thera. Gyaros. Hippuris. Dionyssa/Cianos/Chalcis. Icaria. Pinaria. Nisyros. Lebynthos/Calydnae. Asi

a nae/ bae q: dispar sae sunt Sporades. Ab eis Sicynus/ Hipanos. Siphnos Seriphos. Menea. Paros. Syros. Tenos. Myconos. Naxos. Delos Andros/ q: in orbē iacent/ Cyclades dictae sūt Sup eas iam in medio mari ingens et centū quōdam vrbibus habitata Crete/ ad orientē ꝓmontorium Samoniū/ ad occidentē Criu metopon imittit/ nisi maior/ esset Cypro similis/ multis famigerata fabulis aduentu Europae. Pasiphaes/ et Ariadne amoribus. Minotauri feritate fatoq;. Daedali opibus et fuga/ tum statione atq; morte/ maxie tū eo q; ibi sepulti Iouis pene clarum vestigiū sepulchrum/ cui nomē eius insculptū esse accolae ostendunt. Urbium notissimae Gnossos. Gortyna Cydo. Lyctos. Lycastos. Holopixos. Phestos/ Lydō. Ma

b naetbusa. Dictinna. Inter colles q; ibi nutritū Iouem accepim⁹/ fama Idaei montis excellit. Iuxta est Asticla. Naulocos. Zephyre. Erise. Gaudos/ et quas Musagoras nūero tres vno tū vocabulo appellant/ atq; vnde Carpathio mari cognomē est Carpathos. In Adria Absoros/ Celadusę/ Absyrtis/ Issa. Trucones/ Hidria/ Electrides/ Nigra Corcira/ Tragurium/ Diomedia. Aestria/ Asine/ atq; vt Alexandriae ita Brundusio adiacens Pharos.

Ida mōs

Pomponij Melae de situ orbis Sicylia.

Scylla Charybdis

Arethusa

Sicylia (vt ferunt) aliquando cõtinẽs/ et agro Brutio annexa/ post freto mari Siculi abcissa est. Id angustũ et anceps alterno cursu modo in Tuscum/ modo in Ioniũ pelagus pfluit/ atrox sacuũ/ et Scyllae Charybdisq; saeuis nominibus inclytũ. Scylla saxum est/ Charybdis mare vtrũq; noxiũ appulsis. Ipsa ingens/ et tribus promontoriis in diuersa procurrens Graecae litterae imaginẽ/ quae Delta dicit̃/ efficit. Pachinũ vocat̃/ qõ Graeciã spectat. Lylibaeũ quod in Africã. Pelorũ quod in Italiam vergens Scyllae aduersum est causa nominis. Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus/ quẽ idem vir pfugus ex Africa ac per ea loca Syriam petẽs/ quia pcul intuenti videbant̃ cõtinua esse littora/ & non puiũ pelagus proditũ se arbitratꝰ occiderat. Ab eo ad Pachinuz ora quae extendit̃ Ioniũ mare attingens haec fert illustria Messanã. Tauromeniũ. Catinam. Megarida. Syracusas/ et in iis mirabilẽ Arethusam/ fons est in quo visunt̃ iacta in Alpheũ amnẽ/ vt diximꝰ/ Peloponnesiaco littori infusum/ vnde ille credit̃ nõ se cõsociare pelago/ sed subter maria terrasq; depressus huc agere alueũ/ atq; hic se rursus extollere. In

ter Pachynum/et Lilybaeum/et Agragas est/et Heraclea/et Therme. Inter Lilybaeū.et Peloūda Panormus/et Imera. Interius vero Leontini/et Centuripinū/et Hybla/aliaeq; complures. Famā habet ob Cereris templum Aetna precipua montium. Eryx marie memorat ob delubrum Veneris ab Aenea conditū. Et Aetna quae Cyclopas olim tulit: nunc assiduis ignibus flagrat. De amnibus Imera referend⁹/quia in media admodū ortus in diuersa decurrit/scindensq; eam vtrinq; alio ore in
a Libycum/alio in Tuscum mare deuenit. Circa Sicilia in siculo freto est Aeaee/quā Calypso habitasse dicit Africam versus Saulos. Melita. Cosura. Propius Italiam Galata/et illae septē quas Aeoli appellant/Osteodes Lipara. Heratea. Didyma Phoenicussa. Ericussa. Aetna ppetuo flagrat igne Hiera/et Strongylae/et Pithecussa. Leucothea/Aenaria. Sidonia. Capreae. Prochyta. Pontiae. Pandatoria. Sinonia. Parmaria Italico lateri citra Liberina hostia iacēt. Vltra aliquot sunt parvae Dianiū. Iginū. Carbania Vrgo. Ilua. Capa
b ria. Duae grandes/fretoq; diuisae Ethrusco/quarum Corsica littori ppior inter latera tenuis/et longa preter q̄ vbi aperta/et Marianae coloniae sunt

Eryx
Aetna

Galata

Leucothea

Corsica

Sardinia

A barbaris colit̃ Sardinia Africũ pelagus attin
gẽs/ nisi q̃ in occidentẽ q̃ in orientẽ angusti⁹ spec-
tat: par et quadrata vndiq; ⁊ nusq̃ nõ aliquãto spa
ciosior q̃ vbi lõgissima est Corsica Caeterũ fertilis
et soli q̃ coeli melioris/ atq; vt foecũda ita pene pe-
stilens. In ea antiq̃ssimi ppl'orũ sunt Ilienses. Ur-
biuz antiquissimae Calaris/ et Sulci. At in Gallia
q̃s referre cõueniat solae sunt Stoechades ab ora
Ligurum ad Massiliã vsq; dispar sae. Baleares in
Hispania cõtra Tarraconẽsia littora sitae nõ lõge
inter se distant et ex spacio sui cognoib⁹ accept; ma
iores minoresq; ꝑhibent̃. Castella sunt in minorib⁹
Iamno/ et Mago/ in maiorib⁹ palma/ et Polentia
coloniae. Ebusos e regiõe ꝓmõtorii/ qd̃ in Sucro
nẽsi sinu Ferrariã vocãt/ eodẽ noĩe vrbẽ habet/ fru-
mẽtis tm̃ nõ foecunda/ ad alia largior/ et oĩm aĩaliũ
quae nocẽt/ adeo expers/ vt nec ea quidẽ quae de a-
grestibus mitia sunt/ aut generet/ aut si inuecta sunt
sustineat. Cõtra est. Colubraria cui⁹ meminisse suc-
currit q̃ cũ scateat multo ac malefico gñe serpentũ/
et sit ideo inhabitabilis/ tm̃ ingressis eã intra id spa
cium/ qd̃ Ebusitana humo circũsignauerũt/ sine ꝑni
cie et tuta est iisdem illis serpentibus/ qui solent ob
uios appetere/ aspectum eius pulueris aliudue qd̃
verius/ procul et cum pauore fugientibus.

Ilienses

Liber Tertius Foliũ.xxxvij

Pomponij Melae Cosmographi Liber Tertius.

a Dicta est ora nostri maris/dictae insulae quas amplectit̃/restat ille circuit⁹/quẽ (vt initio diximus) cingit ocean⁹ ingens/et infinitum pelagus/et magnis aestibus concitũ (ita em̃ motus eius appellant) modo inundat cãpos/mõlate nudat/ac refugit/nunc alios/alioscꝫ inuicẽ/necꝫ alternis accessib⁹ nunc in hos/nunc in illos impetu versum/sed vbi in ora littora/quãuis diuersa sint terrarũ/insularũcꝫ ex medio piter effusum est. Rursus ab illis colligit̃/in mediũ/et in semetipsuꝫ redit/tanta vi semp̃ imissuꝫ: vt vasta etiam flumia retroagat/et aut terrestria deꝑhendat anĩalia/aut marina destituat/necꝫ adhuc satis cognitũ est anbelitune suo id mund⁹ efficiat/retractãcꝫ cum spiritu regerat vndã vndicꝫsi vt doctorib⁹ placet vnũ anĩal est/an sint depressi aliqui specus/quo reciproca maria residant/atcꝫ vnde se rursus exuberãtia attollãt an luna causas tantis meatib⁹ praebeat. Ad ortus certe eius occasusꝫ variant̃/necꝫ eodẽ assidue tpe/sed vt illa surgit/ac demergit̃/ita recedere/atcꝫ adnentare cõperim⁹. Huc egressos sequẽtescꝫ ea/que exeuntibus dextra sunt/aequor Atlanticum/et ora

Baeticae frontis quae nisi q; semel/iterũq; paulu
lum in semet abducitur/vsq; ad fluuiũ Anam pene
recta est. Turduli/ et Bastuli habitant. In primo
sinu portus est/quẽ Baditanũ/et Lucus/quẽ Ole-
astrum appellant. Tum castellũ Ebora in littore/et
pcul a littore Asta colonia/extra Junonis Ara tẽ-
plumq; est. In ipso mari monumentũ Geryonis
scopulo magis q; insulae impositũ. Baetis ex Tar
raconensi regione demissus p hanc fere mediã diu/
sicut nascit/vno amne decurrit/post vbi non longe
a mari grandẽ lacum facit/quasi ex vno fonte gemi- c
nus exoritur/quãtusq; simplici alueo venerat/tant⁹
singulis effluit. Tum sinus alter vsq; ad finẽ puin-
ciae inflectitur/eumq; parua oppida Olitingi. Os-
sonoba cõtingunt. At Lusitania trans Anam qua
mare Atlanticũ spectat/primũ ingenti impetu in al
tum abit/ deinde resistit/ ac se magis etiã q; Baeti-
ca abducit/ qua pminet bis in semet recepto mari/
in tria pmontoria dispergit. Anae primũ q; lata
sede pcurrens paulatim se/ ac sua latera fastigiat/
Cuneus ager dicit/sequẽs Sacrum vocãt/ Mag-
nuz qõ vlterius est. In Cuneo sunt Mirtylis. Bal
sa. Ossonoba In Sacro Lacobriga/et portus An
nibalis. In magno Ebora. Sinus inter sunt/et est

in proximo Galacia. In altero Vlyssipo et Tagi ostium amnis aurū/gemmasq; generantis. Ab iis promontoriis ad illam partez/ quae recessit/ ingens flexus aperit. In eoq; sunt Turduli veteres/ Turduloruq; oppida/amnes aūt in mediū fere Munda
a vltimi promontorii latus effluens/et radices eiusdez abluens Durius frons illa aliquandiu rectā ripam habet/deinde modico flexu accepto mox paulū emi net/ tum reducta iterū/iterūq; recta margine iacēs ad promontoriū/quod Celticum vocamus/extendi tur/totaz Celtici colunt/sed a Durio ad flexū Gra uiis fluuntq; p eos Auo/Celandus/Nebis Minio et cui Obliuionis cognomē est Limia: flexus ipse Lambriacā vrbē amplexus recipit fluuios/ Taeros et illam ptem/quae pminet/praesamarchi habitāt: perq; eos Tamaris/et Sars flumīa non longe or ta decurrunt. Tamaris ītem Ebora pontū. Sars iu
b xta turrem Augusti titulo memorabilem/ caetera super Tamarici/ Neriq; incolunt in eo tractu vlti mi. Nacten⁹ em̄ ad occidentē versa littora ptinēt deinde ad septentriōes toto latere terra cōuertit/ a Celtico promōtorio ad Scythicū vsq; ppetua ei⁹ ora/nisi vbi modici recess⁹ ac pua promōtoria sūt ad

Limia ab obliuionē dicta

Turres Augusti

Cantabros pene recta est. In ea primū Artabri sūt et Janasum Celticae gentis/ deinde Astures. In Artabros sinus ore angusto admixtū mare/nō angusto ambitu excipiens Adrobitū vrbem: et quatuor amniū ostia incingit/duo etiā inter accollentis ignobilia sunt p alia duo meatus exit in Libunca. In Asturū littore Noega ē oppidū/et tres Arae quas Sestianas vocant/in pēinsula sedent/et sunt augusti noīe Sacrae/illustrantq; terras ante ignobiles/at ab eo flumīe/qō Saliam vocant/incipiūt orae paulatim recedere/et latae adhuc Hispaniae magis magisq; spacia cōtrahere/ vsq; adeo semet/ et terras angustantib⁹/ vt earū rerum spaciū inter duo maria dimidio min⁹ sit/qua Galliā tangūt/ q̄ vbi ad occidentē littus exporrigunt. Tractū Cantabri/et Vardulitenent. Cantabrorū aliquot populi amnesq; sunt/sed quorū noīa nostro ore concipi nequeant/p eundē/et Salenos/Saurū. Per Autrigones/et Origeuiones quosdā Nesua descēdit et Deua duplex Tritium Tobolicū attingit et deinde Jturissam/et Easonē Magrada. Vardulia gens binc ad Pyrenei iugi pmontorū pertinens claudit Hispanias. ¶ Sequit Galliae latus alterū cuius ora pmo nihil p̄gressa in altū/mox tantundē

pene in pelagus excedens quantū retro Hispania absceſſerat Cantabricis ſit aduerſa terris/et grandi circuitu affleꝛa ad occidentē littus aduertit. Tunc ad ſeptentriones cōuerſa iterū longo rectoq; tractu ad ripas Rheni amnis expandit. Terra eſt frumēti praecipue/et pabuli ferax/ et amoena lucis immanib⁹ quicqd ex ſatis frigoris impatiens eſt agerne vbiq; alit/et noxio genere aniāliū minīe frequēs. Gentes ſuperbae/ſupſtitioſae/aliqñ etiam īmanes adeo vt boiem optimā/ et gratiſſimā diis victimā crederent/manēt veſtigia veritatis iam abolitae/ atq; vt ab vltimis caedibus temperāt/ita nihilominus vbi deuotas altarib⁹ admouere/delibant/habent tamē et facundiā ſuam/magiſtroſq; ſapiētiae Dryudas. Hi terrae: mūdiq; magnitudinē/etfor mā/motus coeli et ſiderū/ ac qd dii velint/ſcire pſitentī/docent multa nobiliſſimos gentis clam et diu vicenis annis in ſpecu/aut in abditis ſaltib⁹ vnū ex iis quae praecipiūt in vulgus effluit/ videlicet vt fo rent ad bella meliores aeternas eſſe anīas/vitamq; alterā ad manes/itaq; cū mortuos creīnāt ac defodiunt/apta viuentibus olim negotiorū ratio etiā et exactio crediti deferebāt ad inferos/ erantq; qſ: in rogos ſuorū velut vna victuri libenter īmitterent

Druydae

Regio quā incolunt om̄is comata Gallia. Populorū tria sum̄a noīa sunt/termīanturq; fluuiis ingētibus/nam a Pyreneo ad Garumnam Aquitania ab eo ad Sequanā Celtae / inde ad Rhenū ꝑtinēt Belgae Aquitanorū clarissimi sunt Ausci. Celtarū Hedui. Belgarū treueri. Urbesq; opulētissimae ī Treuerꝭ Augusta. In Heduis Augustudunū. In Auscis Elusaberris. Garūna ex Pyreneo monte delapsus nisi cū Hyberno imbre aut solutis niuib⁹ intumuit/diu vadosus/et vix nauigabil' ferr̄. At vbi obuius oceani exaestuātis accessibus adauct⁹ est/iisdemq; retro remeantib⁹ suas illiusq; aquas agit/aliquantū plenior/et quāto magis ꝓcedit/eo latior fit ad postremū magni freti similis nec maiora tm̄ nauigia tolerat/verū etiam more pelagi seuientis exurgens iactat nauigātes atrociter/vtiq; si alio ventus alio vnda precipitat. In eo est insula Antros noīe/ quā pēdere ⁊ attolli aquis increscentib⁹ ideo incole existimant/ q; cum videat̄ editior aquis obiacet/ vbi se fluctus impleuit illā operit/nec vt p̄us tantuꝫ ambit/et ꝙ ea quib⁹ ante ripae collesq; ne cernerentur obstiterāt/tunc velut ex loco suꝑiore perspicua sunt. A Garumnae exitu latus illud incipit terrae ꝓcurrentis in pelag⁹/et ora Cātabricis aduersa litto-

Agrania
Celta
Belgae
Augusta
Garūna

ribus aliis ppl'is media eius habitantib⁹/ ab San
tonis ad Osismos vsq; deflexa. Ab illis em̃ iterum
ad septẽtriones frons littorũ respicit/ ꝑtinentq; ad
vltimos Gallicaꝝ gentiũ Morinos/nec portu/quẽ
Gesoriacũ vocant/quicq̃ habẽt notius. Rhen⁹ ab
Alpib⁹ decidẽs ꝓpe a capite duos lac⁹ efficit Ve
netũ et Acromũ. Mox diu solid⁹/ꝛ certo alueo lap
sus haud ꝓcul a mari huc et illuc dispgit̃/sed ad si-
nistrũ amnis etiã tũ et donec effluat Rhen⁹ ad dex
terã prĩo angust⁹ et sui similis/ post ripis lõge ac la
te recedentib⁹ iam nõ amnis sed ingens lacus vbi
campos impleuit fleuo dicit̃ eiusdemq; noĩs insulã
amplexus fit iterũ arctior/iterũq; fluuius emittit̃.

Morini
Gesoriac⁹
port⁹

Germania.

g Ermania hinc ripis eius vsq; ad Alpes/
a meridie ipsis Alpibus/ab oriente Sar
maticarũ cõfinio gentiũ/q̃ septentrionẽ spectat/oce
anico littore obducta est. Qui hĩtãt ĩmanes st̃ anĩs
atq; corpib⁹/ et ad insitã feritatẽ vaste vtraq; exer-
cent/bellando anĩos/ corpa ad cõsuetudines labo
rũ maxĩe/frigora nudi agunt: anteq̃ puberes sint
et longissima apd̃ eos pueritia est/viri sagĩs velant̃
aut libris arboꝝ/ q̃uis seua hyeme nãdi nõ patiẽtia

tantũ illis studiũ etiam est/ bella cũ finitimis gerũt/ cãs eorũ ex libidĩe accersunt/neq; ĩpitãdi ꝓlatãdiq; quae possidẽt. Nã ne illa q̃dẽ enixe colũt/ sed vt circa ip̃os quae iacẽt vasta sint. Jus ĩ virib⁹ hñt adeo vt ne latrocinii quidẽ pudeat/tm̃ hospitib⁹ boni/mitesq; supplicibus/victu ita asperi incultiq; vt cruda etiã carne vescant̃/aut recenti aut cũ rigentẽ in ip̃is pecudũ ferarũq; coriis manib⁹ pedibusq; subigendo renouarũt. Terra ip̃a multis impedita flumĩb⁹ multis mõtib⁹ aspera/et magna ex ꝑte syluis ac paludibus inuia. Paludũ Suesia/ Mesia/ et Melsiagum maxĩe. Syluarũ Hercynia/et aliq̃t sunt quae nomen habẽt/ sed illa dierũ sexagĩta iter occupans vt maior aliis/ita et notior. Montiũ altissimi Taunus/et Rhetico/nisi quorũ noĩa vix est/ eloqui ore Romano. Amniũ in alias gentiũ exeuntiũ Danubius/et Rhodan⁹ in Rhenũ Moenis et lupia. Jn oceanũ amisi⁹ Visurgis/ et Albis clarissimi. Sup Albim codan⁹ ingens sinus magnis ꝑuisq; insulis refert⁹ est. Acre mare qd̃ gremio littorũ accipit̃/nusq̃ late patet nec vsq̃ mari simile/verũ aquis passim interfluentib⁹/ac saepe transgressis vagũ atq; diffusum facie amniũ spargit̃/qua littora attĩgit ripis cõtentũ insularũ nõ lõge distantib⁹/et vbiq; pene tan

tundẽ/ vt angustũ et par freto/ curuãsq; subinde se
lõgo supcilio inflexũ est. In eo sunt Cymbri/ et Teu
toni/ vltra vltimi Germaniae Hermiões. Sarma
cia intus q̃ ad mare latior/ ab iis quae sequunt̃ Vi-
stula amne discreta/ qua retro abit vsq; ad Istrũ flu
men imittit/ gens habitu armisq; particae ꝓxima/
verũ vt coeli asperiores ita ingenii/ nõ se vrbib⁹ te-
nent/ et ne statis quidẽ sedib⁹/ vt inuitauere pabula
vt caedẽs et sequens hostis exigit/ ita res opesq; se
cum trahens semꝑ castra habitat bellatrix/ libera in
domita/ et vsq; eo immanis atq; atrox vt foeminae
etiã cũ viris bella ineant/ atq; vt habiles sint/ natis
statim dextra aduriť mãma. Inde expedita in ictus
manus/ quae exeriť virile sit pectus/ arcus tendere/
eq̃tare/ venari/ puellaria pẽsa sunt/ ferire hostẽ adul-
tarũ stipendiũ est/ adeo vt nõ ꝑcussisse ꝓ flagitio ha
beať/ sitq; eis poenae v̇ginitas. ¶ Inde Asiae cõfi
nia/ nisi vbi ꝑpetuae hyemes sedẽt/ et intolerabilis
rigor Scythici ppl'i incolunt fere/ oẽs etiam in vnũ
Sagae appellati. In Asiatico littore p̃mi Hiꝑbo-
rei suꝑ aquilonẽ Rhipheosq; mõtes sub ipso side-
rũ cardine iacent/ vbi sol nõ quotidie vt nobis sed
p̃mũ verno aequinoctio exortus autumnali demũ
occidit/ et ideo sex mensib⁹ dies/ et totidẽ aliis nox

Sex mensib⁹ ꝑpetuis dies, sex, nox

Pomponij Melae de situ orbis

vsq; cõtinua est. Terra angusta/ aprica/ p se fertilis/ cultores iustissimi/et diutius/q; vlli mortaliũ/ et beatius viuũt. Quippe festo semp ocio laeti non bella nouere/nõ iurgia/sacris operati maxie Apollinis: quorũ pmitias Delon misisse initio p vgines suas/ deinde p ppl'os subinde tradẽtes vlteriorib⁹/morẽq; eum diu/et donec vitio gentiũ tpat⁹ est/ seruasse referunt. Habitãt Lucos sylvasq;/et vbi cos viuendi satietas magisq; tediũ cepit/hylares redimiti sertis semetipsi in pelagus ex certa rupe praecipiti dãt Id eis funus eximiũ est. Mare Caspiũ vt angusto/ita longo etiã freto pmũ terras quasi fluuius irrumpit/atq; vbi recto alueo influxit/ in tres sin⁹ diffundit cõtra os ipm in Hircanũ/ad sinistrã in Scythicũ ad dextrã in eũ quẽ ppie et totius noĩs Caspiũ appellãt/omne atrox/sacuũ/sine portib⁹/ pcellis vndiq; expositũ/ac beluis magis q; caetera refertũ et ideo minus nauigabile/ ad introeuntiũ dextram Scythae Nomades/freti littorib⁹ insidẽt. Intus sunt ad Caspiũ sinũ Caspii/et Amazones/sed quas Sauromatidas appellãt/ad Hyrcanũ Albani/ et Moschi/ et Hyrcani. in Scythico Amardi/et Paesici/etiã ad fretũ debrices. Multi in eo sinu magni/ paruiq; amnes fluunt/sed q̃ famã habent ex Cerau-

Mare Caspiũ

nis montib⁹ vno alueo descendit/duob⁹ exit in Caſ
piũ Araxes Tauri latere demiſſus quoad campos
a Armenie secat/labit placid⁹ et silens/neq; in vtraꝫ
ptem eat/quanq; intuearis/manifestus/cũ in asperi
ora deuenit/hinc atq; illinc rupibus pressus/ et quã
to angustior/tanto magis pnix/ frangit se subinde
ad opposita cautiũ/atq; ob id ingenti cũ murmure
sonansq; deuoluit adeo citus/vt qua excipiri casu
rus est/in subiectã non declinet statim vndã/sed vl-
tra quã canalẽ habet: euehat pl⁹ iugeris spacio sub
limis/et aqs pendentib⁹ semetipm sue alueo ferẽs
deinde vbi incuruus arcuatoq; amne descendit/fit
tranquill⁹: iterũq; p cãpos tacitus ꝛ vix fluens. In
id littus elabit Cyrus/et Cambyses ex radicib⁹ Co
raxici mõtis vicinis editi/et in diuersa abeũt: perq;
Hiberas/ et Hircanos diu et multũ distantib⁹ al-
b ueis defluũt/post nõ longe a mari eodẽ lacu accep-
ti in Hyrcanũ sinũ vno ore pueniunt. Jaxartes/ et
Oxos p deserta Scythiae/ex Sogdianorũ regio
nibus in Scythicũ exeunt: ille suo fonte grandis/
hic incursu aliorum grandior/et aliquãdiu ad occa
sum ab oriente occurrens iuxta Dabas primũ infle
ctitur/cursuq; ad septentrionẽ cõuerso inter Amar
dos/et Caesicas os aperit. Syluae alia quoq; di-

ra animalia/verum et Tigres ferunt/ vtq; Hyrcaniae saeuũ ferarũ genus/ et vsq; eo pniç/vt illis lõge quoq; pgressum equitẽ cõsequi/nec tantũ semel/sed aliquotiẽs etiam/cursu vnde coeperit/ subinde repetito/solitũ et facile sit. Causa ex eo est/q; vbi ille interceptos earum catulos citus coepit auehere/ et rabiem appropinquãtiũ frustratur⁹/ astu vnũ de plurib⁹ omittit/hac ꝓiectũ accipiunt/ et ad cubilia sua referũt rursumq; et saepius remeãt atq; idem efficiunt/ donec ad frequentiora q̃ adire audeant/ et profugus raptor euadat. ¶ Vltra Caspius sinum quidnã esset ambiguũ aliquãdiu fuit. Idem ne oceanus an tellus infesta frigoribus sine ambitu/ac sine fine ꝓiecta/ sed praeter Physicos Homerũq;/ qui vniuersum orbem mari circũfusum esse dixerũt. Cornelius Nepos/vt recentior auctoritate/sic certior/testem autẽ rei. Q. Metellum celerem adiicit/ eumq; ita retulisse cõmemorãt. Cum Gallijs procõsul praeesset. Indos quosdam a rege Sueuorum dono sibi datos/ vnde in eas terras deuenissent requirendo/cognosce vi tempestatum ex Indicis aequor⁹ abreptos emensosq; / quae intererant/ tandem in Germanie littora exiisse. Restat ergo pelagus/ sed reliqua lateris eiusdem assiduo gelu

durant/et ideo deserta sunt. His oris quas angulo Baeticae adhucusq; pstringim⁹ multae ignobiles insulae: et sine noibus etiã adiacẽt/sed earũ/q̃s praeterire nõ libeat. Gades fretum attingit eacq; a continenti angusto spatio ⁊ veluti flumine abscissa/qua terris propior est pene rectam ripam agit/qua oceanũ spectat duob⁹ ꝓmõtoriis euecta in altũ mediũ littus abducit/⁊ fert in altero cornu eiusdẽ noīs vrbẽ opulentã/in altero templũ Aegyptii Hercu lis cõditorib⁹/religiõe/vetustate/opib⁹ illustre. Tyrii cõdidere/cur sanctũ sit/ossa eius ibi sita efficiunt/ annorũ quis manet ab Iliaca tẽpestate ꝓncipia sũt opes tẽpus aluit In Lusitania Erythia/quã Geryone habitatã accepim⁹/aliaecq; sine certis noibus adeo agri fertiles/vt cũ semel fata frumẽta sint/sub inde recidiuis seminib⁹ segetẽ nouãtib⁹ septẽ mini me inter plures etiã messes ferant. In Celticis aliquot sunt/quas q; plũbo abundant vno oẽs noie Cassiterides appellãt Sena i Britãnico mari Osismicis aduersa littorib⁹ Gallici numis oraculo insignis est: cuius antistites ꝓpetua virginitate sanctę nũero nouẽ esse tradunt. Gallicenas vocãt/putãtq; ingeniis singularibus praeditas/maria ac ventos cõcitare carminib⁹. Secq; in quae velint animalia

vertere/ sanare/ quae apud alios insanabilia sunt/ scire ventura et praedicare/ sed non nisi dedita nauigantibus/ et in id tantū/ vt se consulerent/ pfectis.

Britannia.

b Britannia qualis sit/ qualesq; progeneret/ mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tā diu clausa/ apit ecce pncipū maxim⁹ nec indomitarū mō añi se/ verū ignotarū q̄q; gentiū victor/ pparū rerū fidē vt bello affectauit ita triūpho declarat⁹ portat. Caeterū/ vt adhuc habuim⁹/ inter septentrionē occidentēq; pfecta grandi angulo Rheni ostia pspicit/ deinde obliqua retro latera abstrahit/ altero Galliā/ altero Germaniā spectās tuz rursus ppetuo margie directi littoris ab tergore abducta/ iterū se i diuersos angulos cuneat triquetra et Siciliae maxīe silis/ plana/ ingens/ foecūda/ verū iis q̄ pecora q̄ boies benigni⁹ alant. Fert nemora/ saltus/ ac praegrādia flumia alternis motib⁹ mō in pelagus/ mō retro fluētia/ et quaedā gēmas margaritasq; gignentia. Fert ppl'os regesq; ppl'orū/ sed sūt inculti oēs atq; vt lōgius a cōtinēti absunt/ ita aliarū opū ignari magis: tantū pecor e ac finib⁹ ditesincertū ob decorē/ an quid aliud vltro corpa infecti Causas aūt et bella cōtrahūt/ ac sic frequēter inuicē

infestant/maxīe impitādi cupidine studioq; ea ꝓla
tādi/quae possidēt. Dimicāt nō equitatu mō aut pe
dite/verū et bigis et currib⁹ Gallice armati. Coui-
nos vocāt/quorū falcatis axibus vtunt̄. Sup Bri
tanniā Juuerna est/ pene par spatio. Sed vtrinq;
aequalis/tractu littorū oblonga/ coeli ad maturāda
semīa iniq/ verū adeo luxuriosa herbis nō laet; mō
sed etiā dulcib⁹/ vt se exigua ꝑte diei pecora imple-
ant/et nisi pabulo ꝓhibeant̄ / diutius pasta dissili-
ant. Cultores eius incōditi sunt et oīm virtutū igna
ri/q̄ aliae gentes/aliquaten⁹ tñ Gnari/pietatis ad
modū exptes. Triginta sunt Orchades angustis
inter se diductae spaciis. Septē hemodes contra
Germaniā vectae in illo sinu/quē Codanū diximꝰ.
Ex iis Codanōia quā adhuc Teutoni tenēt/vt in fe
cunditate alias/ ita magnitudīe añ stat. Quae Sar
matis aduersa sunt ob alternos accessus recursusq;
pelagi et q̄t spacio q̄s distāt/mō opiunt̄ vndis/ mō
nuda sunt/alias insulae vident̄/alias vna et cōtinēs
terra. In his esse Oonas/ qui ouis auiū palustriuz
et auena/ tantū alant̄/esse equinis pedib⁹ Hippo-
podas/et Satmalos q̄b⁹ magnae aures et ad am-
biendū corpus omne patulae/ nudis alioquin ꝓuec
ti sunt praeterq̄ quod fabulis tradit̄ auctores etiaz

quos sequi non pigeat/inuenio Thule belgarū lit-
tori apposita est Graiis et nostris celebrata carmi- b
nibus. In ea q̄ sol longe occasurus exurgit breues
vtiq; noctes sunt/sed p hyemē sicut alibi obscurae
aestate lucidae/q̄ p id tēpus iam se altius eucbens
quamq; ipe nō cernat/vicino tñ splendore ꝓme il
lustrat: p solsticiū vero nullae/q̄ tū iā manifesti or nō
fulgore mō/sed sui quoq; partē maxiam ostentat.
